Fr. Alani
O. P.
Breve Com
Sumae Ange
Aqui

...ordnung					Beiträge ...		...	...	in Gulden	
a Kreuzer										
1	10	7½	8	.	5	5	5	1 M		
Kontinuum									fl	kr
10						10			3	40
	45					45			11	15
		60				60			12	30
			10			10			2	10
					685	685			114	10
							30		2	30
10	45	60	10	.	685	810	30		146	15
30	30	30	20	.	5	30	30			
2	2	7	1	.	57	67	2		146	15
						Gimmen			1	35
									144	40

Lwierzenice am 1ten August 1854

Somogyi ...

BREVE COMPENDIUM *SUMMÆ ANGELICÆ*

Continens resolutionem omnium Quæstionum & Articulorum, quæ in Summa DIVI THOMÆ Doctoris Angelici inveniuntur, versu summatum.

Operâ

A. R. P. Fratris ALANI BARDZINSKI S. Th. Præsentati, & pro tunc in Studio Generali Varsaviensi Provinciæ Poloniæ Ordinis Prædicatorum Actualis Baccalaurei.

DEDICATUM

REVERENDISSIMO PATRI

Fr. ANTONINO CLOCHE

Totius Ordinis Fratrũ Prædicatorũ

GENERALI MAGISTRO.

ANNO DOMINI M DCCIII.

CONSCRIPTUM.

EDITIO PRIMA.

Varsaviæ, Typis Collegij Scholarum Piarum, Anno 1705.



Error et obscurum non lædit dogmata THOMÆ;
Sol ubi Censor adest, approbat ipse DEUS

sc. Fr. Ludov. Bertrand. Ord. Præd.

Facultas A. R. P. Provincialis.

Fr. NICOLAUS OBORSKI S. Th. M. Prior Provincialis Provinciæ Poloniæ, & Utriusq; Silesiæ Ordinis Prædicatorum.

In Dei Filio sibi dilecto R. A. P. Præsentato Fr. ALANO BARDZINSKI Priori Elbingensi, & Provinciæ Secretario ejusdem Ordinis & Provinciæ, Salutem.

CVm Nostri muneris & Officij sit, eos qui lucubrationibus ad posteritatis memoriam incumbunt, speciali propensione, ut faciliùs ad ulteriora accendantur, prosequi, tuæ supplicationi annuere justum esse duximus, typumq; operibus tuis novissimis non impedire. Quare authoritate Officij Nostri, ac præsentium tenore Tibi R. A. P. Præsentato Priori Elbingensi Provinciæ Nostræ Secretario, Fr. Alano Bardźiński, *damus, concedimus, datamq; & concessam esse declaramus Licentiam, imprimendi Librum cui Titulus* Breve Compendium Summæ Angelicæ continens resolutionem omnium Quæstionum & Articulorum quæ in Summa D. THOMÆ Doctoris Angelici inveniuntur versu summatum; *per te conscriptum, dum modò à duobus Ordinis & Provinciæ* Patribus, *videlicèt A. R.R. P.P. Magistris Fr. Floriano Straßyński Priore Conventûs Nostri Ratiboriensis, & Monialium Vicario, tum Fr. Petro Drogoßewski, Conventûs Varsaviensis itidem Priore, Nostroq; per Contratam Masoviæ Vicario, priùs eadem scripta revideantur & approbentur, aliàs servatis servandis*

 quæ

quæ circa impressionem librorum Canones Apostolici, & Sacri Concilij Tridentini Decreta servari præcipiunt, idq; quantùm ex Nobis est. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti Amen. Non obstantibus &c. In quorum fidem &c. Dedimus in Conventu Nostro Ratiboriensi die 8vâ Iunij Anno 1704. *Conservus in Domino.*

Fr. NICOLAVS OBORSKI Mag. Provincialis mp.
(*Locus* ✠ *Sigilli.*) *Regest. pag.* 64.

Fr. HYACINTHUS ZYGMUNTOWICZ Lector & Concionator Ratiboriensis. Loco Socij mp.

Approbatio Theologorum Ordinis.

EGo infra scriptus ex Commissione Admodum Reverendi ac Eximij Patris, Magistri Provincialis Nostri, eâ quâ par erat diligentiâ revolvi Hexametro Summatam, per R. A. Patrem S. Th. Præsentatum Fr. Alanum Bardziński, *pronunc Provinciæ Secretarium; & ante immediatè in Studio Generali Provinciæ Professorem Baccalaureum, integram Summam Divi THOMÆ Doctoris Angelici. Cui dum post explanatam Scholastico cursu Angelicam Doctrinam complacuit, sub Communem calamitatem (ut fatetur Author) suaviori compendiare calamo, sicut congratulor pientissimæ diversioni pro illo tempore, in quo cunctos planè universalis premebat luctus, & solos Angelicæ Doctrinæ cultores, internus distrahebat*

bat

bat mentis elevatioris jubilus: ſic cum lucubratione præſenti omnia inveniam determinationi Articulorum præfatæ Summæ Divi THOMÆ conformia; dignam cenſeo, quatenùs publicæ luci innoteſcat, ut ſic & dulciſona Angelicæ Doctrinæ Melodia legentium corda delectare; & præfato Authori ad ulteriora ſpecimina ingenij demonſtranda, ſpiritus accreſcere valeat. Dat. in Conventu Ratiborienſi die 30 Iulij 1704.

Fr. FLORIANVS STRASZYNSKI S. Th. Mag. Prior Ratiborienſis Ord. Præd. mp.

EGo infraſcriptus ex Mandato A. R. P. M. Provincialis Breve Compendium Summæ Theologicæ Doctoris Angelici Divi THOMÆ Aquinatis continens Quæſtiones, Articulos, ac eorum reſolutionem &c. *Metricè ab A. R. P. Præſentato Fr.* Alano Bardźiński *multo labore ac ſtudio colligatum revolvi; & cum viderim, acuminoſo Carmine benè expreſſam literam Divi THOMÆ, accomodatamq; tum brevi Lectoris memoriæ brevia carmina, immenſum Opus complectentia; tum multorum palatui lectione carminum delectanti faventia, ideò illud ut potè conforme Orthodoxæ Fidei Catholicæ Romanæ, edi ac typis mandari poſſe judico, accedente Conſenſu Superioris. Dat. Varſaviæ die 7 Octobris Anno 1704.*

Fr. PETRVS DROGOSZEWSKI S. Th. M. Prior Varſavienſis, Vicarius Provincialis per Maſoviam Ord. Præd. mp.

Approbatio Sedis Ordinariæ

STEPHANUS WIERZBOWSKI

Gnesnensis, Varsaviensis, Cantor Canonicus Posnaniensis, Prælatus Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Varsaviensis, ac per Ducatum Masoviæ Generalis.

PRudentûm elaboratas ingenij lucubrationes, & potissimùm eruditioni Christianæ accommodatas, dignari honore lucis publicæ, æquum est. Adeòq; cum liber nominatus (Breve Compendium Summæ Angelicæ ex gazophylacio Quæstionum & Articulorum Divi THOMÆ Doctoris Angelici decerptum) *insigni stylo carminis, & singulari operâ Admodum Reverendi Patris Fr.* Alani Bardźiński *S. Th. Præsentati, Ordinis Prædicatorum collectus, nil in suo corpore contrarium Sanctæ Fidei Ecclesiæ Romanæ Catholicæ, Sacrisq; Canonibus contineat, quin veriùs sincero, Doctrinæ Angelicæ niteat splendore, eundem Librum imprimendi, & usui publico exponendi, Authoritate Ordinariâ Licentiam & Facultatem damus & concedimus. Datum Varsaviæ die octavâ Mensis Ianuarij, Anno Æterni Carne vestiti Verbi Millesimo Septingentesimo Quinto.*

STEPHANUS WIERZBOWSKI
Cantor Gnesnensis, Officialis Generalis Varsaviensis mp.

AD



AD
REVERENDISSIMUM PATREM
Fr. ANTONINVM CLOCHE
Totius Ordinis Fratrum Prædicatorum
GENERALEM MAGISTRUM
PRÆFATIO.

Armine conſtrictus THOMAS incedit Aquinas.
Non tamen eſt vinctus, non illũ vincula ſtringunt
Ferrea, compedibus duris abſolvitur, atq;
Eſt procul illa ferox manibus, pedibuſq; catena,
Quâ ſtrinxiſſe bonos exultavêre Tyranni.
Vincula bina tenet, Summam quam ſcripſerat olim
Claudimus in verſu, diſcentûm corda catenâ
Stringimus, ut Sancto Doctori ſubijciantur.
Herculis eſt vinclum, vidit quem Gallia quondam
Eloquio dulci Gallorum corda trahentem.
Summam conſtrictam in compendia parva redactam
Proferimus, Noſtræ fidei myſteria cuncta.
Quâ breviter THOMAS ſtrinxit, docuitq; fideles
Quomodo Judæos, Gentiles, Hæreſiarchas
Vincere deberent, defendere dogmata Sancta.
Quæq; ſcienda manent Doctoribus omnibus, ut ſint
Eloquio fortes, exhortandoq; potentes.
Contradicentûm figmenta reſolvere poſſint. Unum

Unum prima docet Trinumq; DEUM adde Creantem
Quàm ſit Perfectus? ſimplex? quàm limitis expers?
Immenſus, Bonus, Æternè, Immutabilis? utq;
Sit Miſerens? Juſtus? Veraxq;? Potenſq;? Beatus?
Omne ſciens? Proviſor? mente videndus in aſtris?
Qualiter Alma Trias, ſtet non diviſa manendo?
Qualiter Angelicas mentes, mundumq; creârit?
Altera Nos Fini Summo conjungit, ad omne
Quò ſectemur eum deducit tramite recto.
Paſſio quæ deceat? Virtutes quævé tenendæ?
Crimina quæ fugiat? juxta quam vivere Legem?
Et quibus auxilijs, quis ſit Juſtuſq;, Merenſq;?
Quid credat? ſperet? quid ſit dilectio ſancta?
Cardine quid ſiſtat? quantùm Prudentia mores
Dirigat? & quantas in partes Jura ſecentur?
Poſt vateſq; ſtatu vitam quo ducere poſſit?
Tertia carne Deum circumdat, & omne quod egit
Vivens nobiſcum, docto ſermone reſolvit.
Ut Natus, docuit, Paſſus, Mortemq; ſubivit,
Utq; Reſurrexit, Cælos Aſcendit, & illic,
Ut ſedet ad dextram, Judex venturus ab alto.
Sacramenta Dei primò generaliter in ſe,
Inſpiciens, quodvis ſpecialiter explicat aptè,
Judicium Generale DEI, ſurrectio carnis,
Traditur his Libris, ſummantur ſæcula mundi.
Hæc Tu Magne Pater ſemper nos volvere mandas,
Ferventerq; ſequi præſtantis ſenſa Magiſtri.
Ordinis augendo Generalia plura Lycæa,

Inter

Inter quæ bino gaudet Provincia Noſtra
Sarmatica, à Sancto quondam plantata HYACINTHO
Sub cujus titulo, per Te Conventus adauctus
Primò Formali Studio, mox & Generali,
Qui Te perpetuò gratans proſtratus adorat.
Per Te ſtat ſtudijs florens Romana Minerva
Quam juvit cenſu Romano murice clarus
Vir Caſanate pius, Doctorum gloria Patrum.
Diſponit Dominus magnorum corda Patronûm,
Ut foveant illos, quibus eſt Eccleſia curæ,
Qui fidei pugiles, umbones, ſcuta vocantur.
Vendicat hoc munus, Thomæ ſibi docta Palæſtra,
(Pontifices Summi teſtes, cum Concilijs ſunt,)
Ut Fidei ſcutum dicatur & enſis acutus,
Quo perſtricta manet novitas ac Hæreſis omnis,
Tam quæ nata fuit, quàm quæ naſcetur in ævum.
Sed Vates ſim falſus ego, qui cuncta cupiſco
Ad veterem fidei doctrinam Regna reverti.
Aſt ſua Paulus ait pendendo ſtipendia nullus
Militat, omnis eget terreno pane juvari;
Multaq; concurrunt tanto opportuna labori:
Inter quæ primò libros numerare neceſſe,
Poſt libros cenſum: providit Magnus utrumq;
Mæcenas, ſed Tu dux rerum authorq; fuiſti.
Singula conficiens primævâ ſorte Miniſter.
Per Te Regali fundatio Nomine digna,
Ad metam deducta ſuam; Tibi gloria tota,
Iſtius cedit benefacti, lauſq; perennis.

Fode-

Foderat Antiquus puteum Patriarcha Jacobus
Quem dilatatum proprio cognomine dixit.
Tu ſimilem manare facis, de mente Senatûs
Purpurei, præclari Fundatoris, & almi
Principis, ut non jam per commentaria longa
Tramite ſed ſolido tradatur littera ſola
Doctoris Sancti; de quo qui haurire cupiſcit
Dilatatus erit propugnans dogmata ſancta
Hæreticos ſtringet, novitates quaſq; fugabit,
Proh dolor! in ſtudijs regnantes atq; Palæſtris.
Hauriet ac undas puro de fonte ſalubres
Per Te Protectrix Luſitanæ addita genti.
Ordine de Noſtro conſurgens Sancta Joanna
Filia Regis erat, populi nunc facta Patrona.
Mantua proq; Sua grates Tibi reddit Oſanna.
Ornâſti Romam terræ de pulvere Sancti
Oſſibus extractis Romani Præſulis olim
Verâ voce Pij vulgari Nomine Quinti.
Lætatur tanto theſauro Sancta MARIA
Major in Exquilij clivoſo vertice montis.
Tuq; Auguſtinum Gazotâ ſttyrpe nitentem
Diſcipulum Thomæ, populis pro Præſule miſſum.
Dalmatijs, & quo gaviſa Luceria quondam
Majori cultu venerandum gentibus auges,
Quem Summus Paſtor conſcripſit in acta Beatûm
Nos quoq; ſperamus Te procurante Poloni
Noſtrum Ceſlaum Faſtos augere Beatos.
Tu quoſcunq; Viros nôſti virtutibus auctos,
Excultos ſtudijs, ornatos moribus aptis,

Ad

Ad latus accersis, per quos Ecclesia Sancta
Atq; Petri Sedes, dignos habet usq; ministros
Majores habitura brevi, dum vita supersit.
Hos inter Nostrum liceat numerare Joannem,
Voce Damascenum, Lubiencis nomen habentem,
Munere pro tanto Conventus poplite flexo
Se Tibi provolvens, imò Provincia tota
Perpetuas grates reddit cum gente Polona.
Quem confirmâsti Pastoris munere lectum.
In Te Virtutes mirando fœdere nexæ,
Conspirant omnes, dispersas sæpè tenebant
Temporibus priscis qui præcessêre canendi.
Miratur quicunq; Tuam cognoverit unquam
Summè excellentem mirandamq; ingenij vim.
Litibus in componendis, ac expediendis
Cernitur ex usu rerum prudentia parta
Certè incredibilis: justi rectiq; tenacem
Suspiciunt omnes Tibi connatam integritatem:
Judicium tersum, procul à respectibus ullis:
Copia dicendi phaleris non indiget amplis,
Pectoris à propria procedens indole docti.
Doctrinam solidam quis non mirabitur in Te,
Et mores niveos? ac quod raro accidit unquam
At decus est ingens, Personæ convenit aptè
Moribus atq; Tuis: Dignum Te novimus omnes
Absq; supercilio; Urbanum fastidia citra:
Eminet in toto vitæ Sapientia cursu
Vna eademq; manens. In Religionis honore
Summo, mira affabilitas, nævisq; fugatis;
Omni-

Omnibus est aditu facilis, comisq; benignus,
Nescius irasci, propensior ad miserendum,
Ad benè de cunctis Natus pro posse merendum.
Profluit hinc generosi munificentia cordis,
Nescia concludi, nec stringi finibus ullis;
Hæc Tibi conciliant in quavis gente favorem.
Gallia Te laudat, populo Ausonioq; probaris;
Hinc animus magnus, magnorum cura laborum;
Ardua quippè subis, quibus est Ecclesia Mater
Indiga, consilijs cautis aggressa resolvis
Conatumq; pium sequitur bonus exitus inde.
Deniq; tot curæ cruciant Te, solicitantq;,
Vt sibi tranquillè vivat Tibi subditus Ordo,
Fervor Relligionis, & observantia sancta
Vt semper vigeat, præbes exempla sequenda.
His Te fulgentem, & tantis virtutibus auctum
Summi Pontifices Sancto dignantur amore,
Purpureiq; Patres grato venerantur honore,
Et Magni Reges declarant signa favoris.
Jamq; caput dignum redimîsset & infula fulgens.
Nî titulos magnos humilis projeceris abs Te
Paupere sorte Tuâ contentus Relligiosâ.
Vna Tibi merces prælataq; honoribus orbis
Quod meruisse potes, Doctoris tramite Sancti
Qui titulos nullos suscepit, respuit omnes.
Jamq; Tibi quantùm debet Thomistica Pallas,
Quæ Tu fundâsti declarant aucta Lycæa,
Conventusq; Patrum Romanus vidit apertè
Quàm sis versatus? quantùm Tibi littera nota? Quan-

Quando argumenta in multis objecta diebus.
Ipſe reſumendo trutinabas ſingula quæq;.
Audijt hæc omnis Romanæ gloria terræ
Multi ex Præſulibus, Doctoribus, atq; Senatu
Purpureo ſtupuêre Patres, dum cuncta referres;
Quæſtio nulla fuit, quæ non deciſa fuiſſet,
Spiritus ac ſi in Te Thomæ deſcenderit ipſe.
Vt quondam curru flammanti vectus Elias
Fecit Elizæum demiſsâ veſte Prophetam.
His ego ſuccenſus concluſum carmine Thomam
Ante pedes depono Tuos; Tu ſuſcipe gratus
Orbis Sarmatici Muſas agnoſce canentes.
Donarem pateras, donarem munera magna.
Si non paupertate forem conſtrictus amicâ.
Pauper pauperibus Vates do carmina pauca:
Quæ donare queo, Tu ſuſcipe maxime Patrum,
Ac Tibi ſubjectum foveas in corde Paterno.

REVERENDISSIMÆ

PATERNITATIS VESTRÆ

Minimus & humillimus Filius

Fr. A. B. S. Th. P. O. P.

Ad Lectorem Benevolum.

LEctor amice damus Summatū Carmine Thomam,
Si placuit Doctor, placeant compendia parva.
Si versatus eras, fontem revocabis ad amnem,
Siq; studere velis, tractus pandetur ad illum.
Nos nova non facimus, dudum nam fecerat istud
Dominicus Gravina, stylum mutavimus at nos;
Scripserat is rythmo: post hunc non tempore longo
Successit Gallus vulgato tramite currens
Franciscus Penon, post rythmos, rythmica fecit.
Si teneas illos, prudenter confer utrosq;
Ante illos super his sudavit Ochoa Ioannes
Qui pedibus senis Thomistica dogmata mensus.
Hunc Gravina citat, sed nos non vidimus unquam.
Tu quem porrigimus parvum non sperne laborē.
Vtere si bonus es, scribentis parcito famæ,
Insulsos versus libris si offendis in istis,
Velq; licens metrum; non omnes omnia possunt,
Non omnis scriptor permiscuit utile dulci:
Nec nobis licuit perculsis voce tubarum
Arctoi Martis, quo cincti scripsimus ista.
Cætera non curo, fueris si mente malignâ;
Famam pro meritis acquires Zoilianam,
Quam tibi non opto, cupio sed mente valere.

In No-

Errata sic corrigenda.

Pag. 10. Q. XVI. a. 4. *Cognitio est prior appetitu.* corrige. *Cognitio est cupiente prior.*

Pag. 23. Q. XLVII. a. 2. *Inde suum --- statum.* cor. *Inde suam --- formam.*

Pag. 38. Q. LXXXI. *Appetit &.* cor. *Appetit ut.*

Pag. 56. Q. V. a. 8. v. 2. *Attamen.* cor. *Ad tamen.*

Pag. 66. Q. XXVI. a. 2. v. 2. *Intellectivis.* cor. *Intellectivus.*

Pag. 75. Q. XLIX. a. 1. *tacitè.* cor. *facilè.*

Pag. 79. Q. LIX. a. 2. v. 2. *sic tamen.* cor. *sit tamen.*

Pag. 87. Q. LXXV. a. 3. *aut minùs urget.* cor. *at minùs urget.*

Pag. 99. Q. XCIX. a. 2. *justa.* cor. *jussa.*

Pag. eadem. a. 6. *ferrea.* cor. *terrea.*

Pag. 115. Q. XIV. a. 3. v. 2. *removent culpas,* dele comma: a. 4. v. 2. *obijciendo.* cor. *abijciendo.*

Pag. 121. Q. XXVII. a. 7. v. 2. *cupies.* cor. *capies.*

Pag. 126. Q. XXXVI. a. 1. *Invidiam fortis fraternæ,* muta comma: *Invidiam, &c.*

Pag. 127. Q. XXXIX. a. 1. v. 2. *Ecclesiæ.* adde accentum. *Ecclesîæ.*

Pag. 137. Q. LXXII. a. 2. *oblata.* cor. *ablata.* idē a. 6.

Pag. 139. Cor. numerum ad articulos. a. 2. *Omnis homo.* a. 3. *Furtum.* a. 4. *Constituunt.* a. 5. *Iuxta.* a. 6. *Et mortale.* a. 7. *Quod tamen.* a. 8. *Omnis homo.* a. 9. *Peccatum.*

Pág. 149. Q. LXXXIX. a. 6. v. 3. *clara.* cor. *chara.*
Pag. 156. Q. CIV. a. 5. v. 1. *altro.* cor. *altri.*
Pag. 157. Q. CVII. *ad le.* cor. *ad ſe.*
Pag. 163. Q. CXXIII. *in ſtando.* cor. *inſtando.* a. 6. v. 2.
Pag. 165. Q. CXXVIII. a. 1. v. 2. *At.* cor. *Ac.*
Pag. 179. Q. CLXIII. a. 1. v. 2. *Non Evæ.* cor. *Noxa Evæ.*
Pag. 181. Q. CLXX. a. 1. *Tam faciens bene,* dele cõma.
Pag. 188. Q. CLXXXVI. a. 6. *ſtringit.* cor. *ſtringat.*
Pag. 221. Q. LXII. a. 6. v. 2. *Monſtrabatq́.* cor. *monſtrabantq́.*
Pag. 224. Q. LXVI. a. 12. *hoc inter.* cor. *hos inter.*
Pag. 225. Q. LXVII. a. 1. v. 2. *Presbyter.* cor. *Presbytero.*
Pag. 228. Q. LXXII. a. 1. *rerum.* cor. *verum.*
Pag. 229. Q. LXXIV. a. 1. v. 3. *ac.* cor. *at.*
Pag. 246. Q. XIX. a. 5. *hic.* cor. *his.*
Pag. 256. Q. XLIII. a. 2. v. 2. *his.* cor. *bis.*





In Nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, Amen.

In Compendium summæ Angelicæ PRÆFATIO.

OMnis scire cupit terræ de pulvere surgens:
Sed rerum scrutans naturas, serpit in imis,
Nec Divina potest perstringere lumine luscus,
Ni Deus auxilians mentem lustraverit ipse.
Sudavit super his Sanctorum penna docentûm,
Nam nullus veterum nôrat Divina sophorum,
Vnde necesse fuit superaddere dogmata sancta,
Per quæ homo nôsse Deum, tum tendere possit in illum.
Hæc docuit Thomas Illustris gentis Aquinas,
Gusmani soboles, Doctorum gloria summa,
Angelus ingenio, mortali corpore septus.
Pluribus hæc libris complexus singula tractans.
a *Quattuor in primis Lombardi clarificavit*
Parisijs: b *post hæc Romani muricis ergo*
Annibalis Fratris, pulchro sintagmate strinxit.
Nomina Sancta Dei Dionysius edidit olim.
c *Hæc explanavit,* d *Gentes compressit ad ungvem*
e *Disseruit multis:* f *conscripsit Opuscula plura:*

A g. *Quod*



g Quod libet objectum solvit: h strinxitq; catenâ
Olim quæ scripsêre Patres? i Quod pagina sacra
k Continet, explicuit: conscripsit nomine summæ
Quattuor insignes libros: mysteria nostræ
Omnia complexus fidei, quæ scire necesse,
Quæq; prius docuit, Lombardi sensa secutus
Correxit dignos qui testamenta vocentur.
Hi sic scribuntur: Primus sub nomine Primæ:
Alter habet nomen connexum, Prima secundæ:
Tertius est gaudens audire Secunda Secundæ:
Quartus habet nomen dictum: Pars Tertia vulgò:
Quam mors præveniens illum finire vetavit,
Sed suppleta manet de quarto Parisiano.
Hos sic partitos scandente resolvimus arte.

Enumeratio Operum Divi THOMÆ.

a Quatuor Libri Magistri Sententiarum Parisijs explanati: *b.* Iidem ad Hannibaldum: *c.* In Divum Dionysium de Divinis Nominibus. *d.* Summa contra Gentiles. *e.* Quæstiones disputatæ. *f.* Opuscula. *g.* Quodlibeta. *h.* Catena aurea. *i.* Commentaria supra Vetus & Novum Testamentum, ac Conciones. *k.* Summa Tripartita Theologica.

QVÆ-

PRIMÆ PARTIS
Summæ Angelicæ.

QUÆSTIO I.
De Sacra Doctrina.

Articulus. Quæſtio prima petit, deturnè ſcientia ſacra?
Articulis denis hæc circumſcripta manebit.

1. *NEmpe neceſſe dari, per quã mens ſurgat in altũ.*
2. *Totum ſcire ſuum ducit de ſcire Beato.*
3. *Vna tamen ſimplex dicenda ſcientia ſemper.*
4. *Et quamvis ſuperet praxi, ſpeculatur opimè.*
5. *Dignior humanis, ac artibus omnibus ipſa.*
6. *Alta petens per ſe, verè Sapientia dicta.*
7. *Huic Deus objectum, reliquumq; refertur ad illum*
8. *Fontibus ex fidei diſcurſus format acutos.*
9. *Transfert dicta tamen quævis paradigmate ſancto.*
10. *Quapropter retinet plures ſub cortice ſenſus.*

10.

QUÆSTIO II.
De Exiſtentia DEI.

Art. Altera per ternos Atheiſmum pellit ab orbe.

1. *Hæc;* DEUS eſt. *Nota eſt per ſe, non nota quò ad nos.*

2. *Et potis est demonstrari per facta creata:*
3. *Nam movet immotus, non factusq; efficit omne:*
Estq; necesse manens, Verũq;, Bonumq;, gubernans
Omnia per se se, auxilio non indiget ullo.
13.

QUÆSTIO III.
De Simplicitate DEI.

Art. Simplicitas Octo Articulis distingvitur in se.

1. *Vnde Deus non est corpus, nec corpore constans.*
2. *Materia & Forma ut compars, non convenit illi.*
3. *Ipse DEVS natura sua est: Est* Esse *suumq;.*
4. *Non distincta tamen constant,* Existere & Esse.
5. *Omne genus superat, series non continet illum.*
6. *Nunquam suscipiens est contingentia mundi.*
7. *Est actus purus, non illi mixtio constat.*
8. *Compositum refugit, nec ei componere servit.*
21.

QUÆSTIO IV.
De Perfectione DEI.

Art. Articulis ternis Perfectio scripta refulget.

1. *Principium activum est, hinc perfectissimus in se.*
2. *Omneq; perfectum specialiter eminet illi.*
3. *Vnde Deo similis nullus, sed analoga cuncta.*
24.

QVÆ-

QUÆSTIO V.
De Bono in Communi.

Art. Jam Commune Bonũ in senaria membra secátur.

1. *Distat ab Ente bonum non per rem, per rationem,*
2. *Ens prius ante Bonum semper convincitur esse.*
3. *Sic Ens, quatenus est Ens, esse necesse bonum dic.*
4. *Cumq; Bonum appetitur, gaudet re & nomine finis*
5. *Ex specie atq; modo constans ac ordine recto*
6. *Vtile, delectans, & Honestum dividit illud.*

30.

QUÆSTIO VI.
De Bonitate DEI.

Art. Quattuor at Bonitas Divina est fulta coturnis.

1. *Est DEVS ipse Bonus causansq; trahensq; creata.*
2. *Estq; Bonum summũ superans Bona quælibet orbis*
3. *Esse Bonum, soli per sese convenit illi.*
4. *Hanc omnes Bonitatem participamus ab illo.*

34.

QUÆSTIO VII.
De Infinitate DEI.

Art. Quæstio fine carens mẽbris conclusa quaternis.

1. *Est DEVS esse suum, quapropter limitis expers.*
2. *Hoc infinitum nil participabit ab illo.*
3. *Nonq; manet Magnum, careat quod limite quanti.*
4. *Nec numerus dabilis, qui non claudatur ab Vno.*

38.

QUÆSTIO VIII.

De Existentia DEI in rebus.

Art. Quattuor immensus membris describitur esse.

1. *Est DEVS Esse suum, quapropter & intimus omni.*
2. *Cumq; locum causet conservans, omnia replet.*
3. *Enter, præsenter, DEVS hîc, & ubiq; potenter.*
4. *Esseq; ubiq; Deo proprium est, non parte teneri.*

42.

QUÆSTIO IX.

De Immutabilitate DEI.

Art. Quòd DEUS Immutabilis est cõstringe duobus.

1. *Simplex Fine caret DEVS, Immutabilis ergo.*
2. *Idq; DEO soli non facto convenit ulli.*

44.

QUÆSTIO X.

De Æternitate DEI.

Art. Sex DEUS Æternus membris ostenditur esse.

1. Fine carens, & tota simul possessio vitæ Perfecta, *æternus status est descriptus abundè*
2. *Est DEVS Æternus stant temporis omnia cursu.*
3. *Hocq; DEO soli, non rebus convenit ullis.*
4. *Tempus ab æterno (cum sit successio) differt.*
5. *Attamen est medians ævum, quod carpit utrumq;*
6. *Plura aliqui esse volunt, ut mensura est tamen unũ.*

50.

QUÆ-

QUÆSTIO XI.
De Unitate DEI.

Art. Quattuor Articuli dicũt, quod sit DEUS unus.

1. *Vnum nil superaddit ad Ens, nisi per rationem.*
2. *Vnum, Ens, cum multis veluti divisio pugnat.*
3. *Est DEVS omninò simplex conclude quòd Vnus.*
4. *Cumq; sit indivisus, certè est maximus Vno.*

54.

QUÆSTIO XII.
De Visione DEI.

Art. In tredecim Deitas donat se posse videri.

1. *Mens producta potest Divinum conspicere ESSE.*
2. *Sed per glorificans lumeń caligine pulsâ.*
3. *Corporeis nequeunt oculis Divina videri.*
4. *Nec natura facit, sed gratia munera tanta.*
5. *Indiget hæc propter Mens lumine glorificante*
6. *Clariùs hinc cernet Divinum ESSE unus ab altrô*
7. *Nec DEVS ipse tamen visu comprênditur ullo*
8. *Tum nec cuncta Dei, sed plùs quò lumine polles.*
9. *Nec species ullæ præstant hoc, sed DEVS ipse Mentibus unitur sanctorum, sicq; videtur.*
10. *Ac gerit ipse vices præsentans cuncta videnda.*
11. *Purus homo, esse Dei non cernet * corpore clausus.* *in hac vita.
12. *An sit? non quid sit? naturæ notio dictat.*
13. *Gratia naturam superans perducit ad istud.*

67.

QUÆ-

QUÆSTIO XIII.
De Divinis Nominibus.

Art. Bis ſex articuli Divinis Nominibus ſunt.

1. *Omnia qui ſuperat Nomen non invenit aptum*
2. *Voce negante Dei ſubſtantia, vel referente*
Non explanatur, ſed & affirmatio, quamvis
Deſignet, penitùs non exprimit omnia plenè.
3. *Appropriata Deo Bonitas, Sapientia, Vita*
Iuxta rem propriè dicuntur, ſed modus abſit.
4. *Nomina dicta Deo perſpecta ſynonyma non ſunt.*
5. *Quæ illi conveniunt & rebus analoga ſunto.*
6. *Nomen tranſlatum primò concede creatis,*
Sed commune DEVS primò ſibi vendicat ipſe.
7. *Nomina (cuncta creata quibus referuntur ad ipſum)*
Attribuit tempus, præcedit ſæcula nullum.
Si non appellant actus cognoſcere, velle.
8. *Hocce DEVS Nomen, naturam ſignificans eſt,*
Sed datur à nobis quòd providet omnibus omne.
9. *Pluribus haud ſervit ſi rem perſpexeris intùs,*
Aſt hominum ſenſu multis ſervire potens eſt.
10. *Vnivocat verum nunquam cum participante,*
Vel falſo, non æquivocat, ſed analogat ambos.
11. *Terno* Qui eſt, *proprium Nomen Dêi jure docetur.*
12. *Cumq; Deum non poſſit homo cognoſcere ut unum,*
Affirmare poteſt diviſim plurima vera.

79.

QUÆ-

QUÆSTIO XIV.
De Scientia DEI.

Art. Scire Dei denis cum ſex perſtringito membris.

1. *Materiæ experti perfecta ſcientia ſervit.*
2. *Quapropterq́ DEVS ſe per ſe intelligit ipſum.*
3. *Totum ſeq́ ſciens, ſeſe comprêndit & ipſum.*
4. Eſſe *ſuum ſe nôſſe eſt, nec diſtingvitur inde :*
5. *Extra ſe cognoſcit in* Eſſe *ſuo omne quod egit.*
6. *Cum non per ſpeciem cognoſcat cuncta creata,*
Non confuſa videt, propriè ſed ſingula cernit.
7. *Ac hoc ſcire Dei diſcurſu non eget ullo.*
8. *Cauſat res omnes ſi ſit conjuncta voluntas.*
9. *Non Ens, non per ſe, cognoſcit viſio ſciti,*
Non ens ſimpliciter, ſola intellectio ſimplex.
10. *Cum bona cognoſcat, mala ſic cognoſcit in illis.*
11. *Cauſans res omnes, & particularia novit,*
12. *Infinita etiam quævis cognoſcit ad ungvem.*
13. *Libera ab æterno novit quæcunq́ futura.*
14. *Quæ nos dividimus, componimus, ille ſimul ſcit.*
15. *Hæc mutanda ſcientia non eſt, nec variatur.*
16. *Omnia ſcit praxi ſolùm ſe ſe ſpeculatur.*

95.

QUÆSTIO XV.
De Ideis.

Art. Ideam tribus Articulis complectitur Author.

1. *Cuncta DEVS faciens Ideas mente recondit.*
2. *Et cum multa facit, cunctis Idea petenda.*
3. *Quæ fecit, faciet, facit, horum practica sistit,*
Sed quæ non faciet, tantùm speculabilis esto.
98.

QUÆSTIO XVI.
De Veritate.

Art. Articulos in se verum complectitur octo.

1. *Est verum primò quod terminat intellectum.*
Res conformis ei persistit vera secundò.
2. *Dividit aut jungit* a. *cognoscens, accipe verum.* a. Intellectus
3. *Addit ad ens verum quæ sunt conformia menti*
Vtq; Bonum, pariter verum convertitur illi.
4. b. *Cognitio est* cupiente prior *sed confer utrumq;* b. prior est intellect⁹ voluntate
Inde Bono verum præstat ratione prioris.
5. *Hoc DEVS est primũ ac summũ, sunt cætera manca.*
6. *Respice conceptum, verum mox multiplicatur,*
Rem si respicias tantùm cognoscitur unum.
7. *Est DEVS Æternus Solus, non vera creata.*
8. *Nullum in mente Dei verum mutatur, at illud*
Mens hominis mutat, stant naturalia verè.
106.

QUÆ-

QUÆSTIO XVII.
De Falsitate.

Art. Quæstio de falso membro conclusa quaterno.

1. *Hoc DEVS haud causat, sed nos, ac significamus.*
2. *Hocq; caret sensus propria ad sensata relatus,*
Organa ni mala sint, reliquis non fallitur idem.
3. *Sic intellectus nisi componatvé secetvé.*
4. *Verum cum falso, tanquam contraria pugnant.*
110.

QUÆSTIO XVIII.
De Vita DEI.

Art. Quatuor in membris Divina recondita Vita.

1. *Quæ se se ipsa movent, hæc certò vivere constat.*
2. *Vivere naturæ est, sed & hoc operatio gaudet.*
3. *Summa, Dei Natura, & perfectissima vita est.*
4. *Et quæcunq; videt, sunt illi hæc omnia vita.*
114.

QUÆSTIO XIX.
De Voluntate DEI.

Art. Per bis sena Voluntatem distingvito membra.

1. Esse *Dei noscente evincitur esse Voluntas.*
2. *Vult DEVS* Esse *suum, quapropter vult alia à se.*
3. *Se vult omninò ut finem, non cætera sic vult.*
4. *Ac hoc velle Dei cognoscens, cuncta creavit.*

5. *Nullam ſupponit cauſam Divina Voluntas.*
6. *Cum ſit cauſarum prima, infruſtrata manebit.*
7. *Eſt DEVS immutabilis, ejus & inde Voluntas.*
8. *Res naturæ impellit cætera libera ſunto.*
9. *Quæ mala ſunt culpæ non vult, pœnalia tantùm*
10. *Libertate creatum intendit, ſeq; neceſſe.*
11. *Sunt duo velle Dei: ſigni, bene complacitiq;.*
12. *Permittens, prohibens, præceptum, conſiliumq;,*
Ac operatio, velle Dei certiſſima ſigna.

126.

QUÆSTIO XX.
De Amore DEI.

Art. Sunt in Amore Dei diviſim membra quaterna.

1. *Stante volente Deo, convincitur eſſe & amantem.*
2. *Cuncta creans, bonitatem infundens, diligit illa.*
3. *Non quodvis volitum æquum, hinc non æquantur*
4. *Vult meliora Deus, melioraq; diligit ipſe. (amore.*

130.

QUÆSTIO XXI.
De Iuſtitia & Miſericordia DEI.

Art. Eſt Juſtus Miſerenſq; incluſus ſorte quaternâ.

1. *Commutare Deum Iuſtum, né dixeris unquam,*
Diſtribuit cunctis, tanquam qui cuncta creavit.
2. *Iuſtitiamq; Dei donabis nomine veri.*

3. Noa

3. *Non patitur miserens, effectus sunt miserentis.*
4. *Quod facit, hoc justum redolet, miserensq; vocatur.*
134.

QUÆSTIO XXII.

De Providentia DEI.

Art. Quatuor in membris sistit Provisio Sancta.

1. *Ordinat in Finem DEVS, hinc Provisio manat.*
2. *Quidquid habet mundus subjectum eî particulatim.*
3. *Exequitur medijs sed providet immediatè.*
4. *Vrget quæ natura petit, sed libera nunquam.*
138.

QUÆSTIO XXIII.

De Prædestinatione.

Art. Articulis Dominus Justos prædestinat Octo.

1. *Ordinat Electos DEVS ad Cælestia Regna.*
2. *Hicq; præexistens Ordo reperitur in illo.*
3. *Quod pariter quosdam reprobet, Te scire necesse.*
4. *Omnes Electi, dilecti jure vocantur.*
5. *Nulla datur causa ut moveat decreta superna,*
Gratia sola Dei bonitasq; est hujus origo.
6. *Est infallibilis, sed libertate manente.*
7. *Novit eos Dominus certè, quos eligit ad se,*
In numero, & specie; non sic quos ille repellit.
8. *Iuxta velle Dei, precibus non posse juvari*
Sis certus, tamen effectum permulta juvabunt.

146.

QUÆSTIO XXIV.
De Libro Vitæ.

Art. Articuli Vitæ Librum tres ordine nectunt.

1. *Hic valet, ad vitam quaſi tranſmiſſio ſanctam.*
2. *Reſpicit hos propriè, ſpectat quos gloria cæli.*
3. *Hoc tamen ex libro multi delentur iniqui.*

149.

QUÆSTIO XXV.
De Potentia DEI.

Art. In ſex Articulis Divina Potentia ſiſtit.

1. *Semper agente DEO, eſt activa Potentia in illo.*
2. *Fine carens, deducit & iſtam fine carere.*
3. *Eſt DEVS Omnipotens, niſi contradictio ſubſit.*
4. *Vt quòd non fuerint, olim quæ præterierunt.*
5. *Quod facit & fecit, majus cauſare potens eſt.*
6. *Res eadem fieri melior, quàm eſt facta, repugnat.*

155.

QUÆSTIO XXVI.
De Beatitudine DEI.

Art. Quatuor Articulis conſtat DEUS eſſe Beatus.

1. *Convenit in ſummo formare DEVM eſſe Beatum.*
2. *Hoc intellectûs operatio præſtat in illo.*
3. *Quilibet ex illo convincitur eſſe Beatus.*
4. *Et quodcunq; cupis contentum cerne ſub illo.*

159.

QUÆ-

QUÆSTIO XXVII.
De Processionibus Divinis.

Art. Divina Articulis constat Processio quinque.

1. *Cogitat intra se DEVS, aut intelligit actu,*
Actioq; hinc sequitur vulgò Processio dicta.
2. *Per quam procedit Verbum, est Generatio vera.*
3. *Altera præterea Processio manat Amoris.*
4. *Hæc tamen ipsa nequit dici Generatio vera.*
5. *Hæ sunt nempè duæ juxta quòd, & actio bina.*

164.

QUÆSTIO XXVIII.
De Relationibus Divinis.

Art. Quatuor Articulis Divina Relatio sistit.

1. *Processu posito, Referens convincitur esse.*
2. *Hæc iddentificata manet cum Essentia in omni,*
Excepto, quòd Personas distingvit ab altrîs
3. *Estq; Referre reale DEO, sed sume relatè.*
4. *Dicitur inde quaterna Relatio: Prima Paterna,*
Altera sed Geniti, mox Tertia spirat agendo.
Vltima spirati, & sunt hac pro parte reales.

168.

QUÆSTIO XXIX.
De Personis Divinis.

Art. Quatuor Articulis Personæ constituuntur.

1. Na-

1. Naturæ rationalis substantia certa.
Indivisa manens: *Personæ est scriptio recta.*
2. *Est Iddem quòd subsistentia, suppositumq́,*
Nomen Hypostasis est Græcis, substantia nostris.
3. *Personæ Nomen Divinis attribuendum.*
4. *Quod bene designat, tam substans, quàmq́ Referre.*
172.

QUÆSTIO XXX.

De Pluralitate Personarum in Divinis.

Art. Quatuor inquirunt, Personas plurificari.

1. *Plures subsistunt, Personæ hinc plurificantur.* (*mus.*
2. *Tres nisi sunt: Pater, & Genitus, tum Spiritus Al-*
3. *Dictio quæ numerat Divina, hæc signat apertè*
De quibus asseritur, solum superadde negatum.
4. *Est persona tribus communis per rationem,*
Non genus, aut species: Individuale vagans est.
176.

QUÆSTIO XXXI.

De his quæ ad Unitatem vel pluralitatem pertinent in Divinis.

Art. Unam vel plures Personas disce quaterno.

1. *Nomen Sancta Trias hoc iddem denotat ipsum*
Quod nomen pluris, nusquam determinat autem.
2. *Filius à Patre proût distinctus dicitur alter.*
3. *Terminus hic* Solus: *non per se significans est,*

Sed

Sed consignificans tantùm cum prædicet aptè.
4. *Iuxta * per se stans Personis non bene servit.*
180.

* id est juxta prædicata absoluta.

QUÆSTIO XXXII.

De Cognitione Personarum Divinarum.

Art. An ratio ostendat Triadem? conclude quaterno.

1. *Non possunt cognoscere naturalia Trinum.*
2. *Notio, Proprietas Divinis attribuenda.*
3. *Quina datur tantùm, versus non explicat illam.*
4. *Hanc circa sentire potes pugnare caveto.*

184.

QUÆSTIO XXXIII.

De Persona Patris.

Art. Est Persona Patris membro conclusa quaterno.

1. *Principium Pater est Geniti, tum Flaminis Almi.*
2. *Hoc Nomen distingvit eum, sic convenit illi.*
3. *Personamq́, priùs dicit, post dicit &* Esse.
4. *Ingeniti Nomen proprium Patris esse teneto.*

188.

QUÆSTIO XXXIV.

De Persona Filiј.

Art. Filius Articulos ternos complectitur in se.

1. *Verbum in Divinis stans Personaliter esto.*
2. *Conveniens propriè Genito, velut à Patre dictum.*

3. *In quo concipitur reſpectus ad omne creatum.*
191.

QVÆSTIO XXXV.

De Nomine Imago.

Art. Nomen Imago Patris duo pro ſe membra repoſcit.

1. *Nomen Imago DEO ſtat Perſonaliter eſſe.*
2. *Quod Geniti tantùm propriũ eſt, non Flaminis Almi.*
193.

QVÆSTIO XXXVI.

De Perſona Spiritûs Sancti.

Art. Quatuor Articuli quærunt de Flamine Sancto.

1. *Qui procedit Amor Sanctus ſtat Spiritus eſſe.*
2. *A Genitoq; venit, nec ſic differret ab illo.*
3. *A Patre per Genitum ſpiratur Spiritus Almus.*
4. *Vnum Principium ſpirati conſtat utrumq;.*
197.

QVÆSTIO XXXVII.

De Nomine Spiritûs Sancti, quod eſt Amor.

Art. Articulos binos depoſcit Nomen Amoris.

1. *Perſonalis Amor vox propria Flaminis Almi*
2. *Et Pater & Genitus nectunt ſe Flamine Sancto*
Hoc Eſſentia non dicit, ſed Notio ſola.
199.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVIII.

De Nomine Spiritûs Sancti quod est Donum.

Art. Articulis binis concludit dictio Donum.

1. *Est Donare DEI, nostrum sed sumere Dona.*
2. *Dicitur hoc Donum propriè de Flamine Sancto.*

201.

QVÆSTIO XXXIX.

De *Personis Divinis ad Essentiam relatis.*

Art. Dum confertur ad Esse Trias numeratur in octo.

1. *Omnia sunt iddem in Divinis, deme Relata,*
   Sic Persona ac Esse *iddem est, distingve Relatum.*
2. *Tres in Divinis sunt, una Essentia tantùm.*
3. *Substantiva DEI non dicas multiplicari.*
   Adjectiva tamen Personis omnibus adsunt.
4. *Hocce* DEVS *Nomen Personis convenit aptè*
   Omnibus ac Vni, sed & hoc Essentia gaudet.
5. *Abstractum per se stans illis servit ineptè.*
6. *Personale Adjectivum benè prædicat* Esse.
   Sed substantivo nusquam hæc assertio servit.
7. *Appropriare decet Personis Nomen ab* Esse.
8. *Quæ dixêre Patres, sanè sunt accipienda:* (mus

a. *Est* Pater Æternus, Genitus Generatus, *&* Al-
   Spiritus est usus: *tu Abstractum confer ad* Esse.

b. *Estq;* Vnus Pater, Æqualis Generatus, *&* Almus
   Spiritus est Concors: *abstractum servit ad Vnum.*

a. Hæc dicuntur per ordinē ad Essentiam b. ad Unitatem.

 c. *Est-*

c. *Estq́* Potens Pater, *est* Genitus Sapiens, Bonus Almus c. ad Creationem.
Spiritus: *abstractum persistet causa creandi.* (*Ita*,
d. *Est Pater* à quo *omnes*, *Genitus* per quē *omnia fa-* d. ad personas.
Spiritus est in quo. *hæc Personis appropriantur.*

209.

QVÆSTIO XL.

De *Personis* Divinis *in ordine ad Relationes*.

Quatuor at collata Relatio membra reposcit.

Art.

1. *Iddem in Divinis Proprium, Persona, Referri.*
2. *Personas distingvere sola Relatio præstat.*
3. *Per totum abstracto Proprio, manet esse Relatum*
At non Personæ: demptâ sed Proprietate
Non Personali, remanet Persona Relata.
Ast Personalis per totum destruit illam.
4. *Deniq́ Origo præit passivæ Proprietati*
Personæ ac Procedentis, verùm actio si adsit.
Participans non Personale Referre, præibit.

213.

QVÆSTIO XLI.

De *Personis* Divinis *in Ordine ad Notiones*.

Sex Triadi Sanctæ confertur Notio membris.

Art.

1. *Notio Personis Divinis insit oportet.*
2. *Estq́ volens actus, sed non nisi concomitanter.*
3. *Notio non signat nihilum, quiddam exprimit ipsa*

Cum

Cum Patris in Genito maneat ſubſtantia tota.
4. *Notio poſſe potens eſt, unde Potentia manat,*
Vt Pater ipſe potens Genitum generare fatendus.
5. *Hæc notat in recto Divinum ſcilicet eſſe,*
Obliquéq; Patrem ſignans eſt atq; Referre. (*mus.*
6. *Tantùm Vnus Pater eſt, Genitus, tum Spiritus Al-*

219.

QVÆSTIO XLII.

De *æqualitate Divinarum Perſonarum.*

Art. Æqualis Perſona DEI ſex membra repoſcit.

1. *Vnum eſt eſſe Dei hinc æquale neceſſe fatendum.*
2. *Sunt Pater & Naſcens Æterni æqualiter ambo.*
3. *Ordo à* quo *in Divinis eſt, perit Ordo* prioris.
4. *Filius æqualis Patri eſt, ſi magna requiris.*
5. *Eſt Pater in Genito poteris convertere utrumq;.*
6. *Hinc manet, Æqualis cum Patre potentia Nati.*

225.

QVÆSTIO XLIII.

De *Miſſione Perſonarum* *Divinarum.*

Art. Perſonæ tandem mitti dicuntur in octo.

1. *In terras Genitum mitti à Patre conveniebat.*
2. *Hæc non æterna, aſt in tempore Miſſio facta eſt.*
3. *Atq; Inviſibilem dat Gratia Iuſtificantis.*
4. *Non Pater eſt miſſus: Genitus, tum Spiritus Almus.*
5. *Patrem Inviſibilem mitti non convenit unquam,*

Sed Solum Genitum tantùm, cum Flamine Sancto.
6. *Gratiâ participans Miſſos inviſibiles vult.*
7. *Spiritus, ac Genitus Miſſi ſunt ambo videndi.*
8. *Rectè Perſonas dictat Proceſſio mitti.*

233.

QVÆSTIO XLIV.

De modo Emanationis rerum à primo Principio.

Art. Prima eſt Cauſa creans, diſpuncta quaterna requirens.

1. *Quidquid habet mundus, concluditur eſſe creatum.*
2. *Primaq; Materies convincitur eſſe creata*
3. *Eſt DEVS exemplar juxta quod cuncta creavit*
4. *Sic ſtat Agens Primum eſſe Deum, ſic deniq; Finē.*

237.

QVÆSTIO XLV.

De Principio Durationis rerum Creatarum.

Art. Octo Creatorum modus articulatus abundat.

1. *Eſt aliquid facere ex nihilo ante, Creatio vera.*
2. *Omnia ſunt facta, unde neceſſe creata vocantur.*
3. *Inq; Creatura non quidquam hæc actio ponit;*
A Domino manans, reſpectum dicit ad illum.
4. *Quæ per ſe ſubſiſtunt, convenit eſſe creata.*
5. *Nilq; creare valet, ſolus Deus hoc ſibi ſervat.*
6. *Nec Propriū eſt Perſonæ, at competit omnibus illis*
7. *In Rationali natura conſtat Imago*

Eſſe

Esse Dei Trini, reliquis vestigia quædam.
8. *Arti, vel naturæ est mixta Creatio nunquam.*
245.

QVÆSTIO XLVI.

De *Distinctione rerum in Communi.*

Art. Principium rerum durandi percipe ternis.

1. *Mundus ab æterno non est, sed tempore factus.*
2. *Sola fides dictat mundum esse in tempore factum.*
3. *Ast in Principio, seu Verbum dicere gestis*
Æternum, seu principium vis temporis esse,
Dicere sive velis præcedens omne creatum.

248.

QVÆSTIO XLVII.

De *Distinctione rerum in speciali.*

Art. Res distincta manet membris tribus altera ab altrâ.

1. *Ipse Deus voluit diversas condere formas.*
2. *Inde suum deducunt non æqualia formam.*
3. *Est unus tantùm mundus, stans ordine pulchro.*

251.

QVÆSTIO XLVIII.

De *Malo.*

Art. Stat natura mali senis conscripta figuris.

1. *Non existit, àút natura Mali datur unquam,*
Estq; boni tantùm non fausta absentia sola.

2. *Esse*

2. *Esse bonis permixta mala orbis forma reposcit.*
3. *Cum mala privativa boni sint, sunt in eodem.*
4. *Tota malum bona corrumpit, tamen excipe bina,*
Subjectum, ac habilem, quæ non totaliter aufert.
5. *Dividiturq́ malum, culpæ vel nomine pœnæ.*
6. *Culpa mali dicit plùs, quàm quit dicere pœna.*
257.

QVÆSTIO XLIX.
De *Causa Mali.*

Art. Causa Mali tribus Articulis contenta manebit.

1. *Non sunt causa mali bona, simplice voce loquendo.*
2. *Nec Deus ipse, Bonum perfectum, vult mala per se.*
3. *Quòdq́ bonum detur cunctorum causa bonorum,*
Non datur inde malum cunctorum causa malorum.
260.

QVÆSTIO L.
De *substantia Angelorum.*

Art. Appetit Angelica Articulos substantia quinque.

1. *Angelus est propior Divinis, corporis expers.*
2. *Materies nec forma datur, quâ constituatur.*
3. *In numero excedit res omnes materiales.*
4. *Nec numero differt, sunt omnes spirituales.*
5. *Non potis est corrumpi ex natura ullus eorum.*
265.

QVÆ-

QVÆSTIO LI.

De comparatione Angelorum ad Corpora.

Art. Angelus ad corpus confertur tramite terno.

1. *Non potis est unire sibi carnem Angelus unquam.*
2. *Non est quædam illos assumere corpora turpe.*
3. *In quibus hoc nunquã faciunt, quod vivere præstat.*

268.

QVÆSTIO LII.

De comparatione Angelorum ad locum.

Art. Angelus ipse loco confertur per tria membra.

1. *Angelo inest Definitiva locatio semper.*
2. *Inq; loco certo virtus activa locatur.*
3. *Atq; locum plures nequeunt contingere eundem.*

271.

QVÆSTIO LIII.

De Comparatione Angelorum ad motum localem.

Art. Articulis ternis motum conclude localem.

1. *Spiritus Angelicus non circumscribitur unquam,*
   Vnde repugnat eum motu gaudere locali,
   Hocce tamen contingenter quandoq; valebit.
2. *Continuo motu medium transire tenetur,*
   Sed discontinuo medium haud transire necesse,
3. *Non instans tamen hic motus, sed tempore constans.*

274.

QVÆSTIO LIV.

De *Cognitione Angelorum.*

Art. Angelicum poſcit cognoſcere quinque cothurnos.

1. *Non iddem eſt intelligere ac ſubſtantia eorum.*
2. *Actio quo pacto diverſa manebit ab* Eſſe.
3. *Diſtingvas etiam* Eſſe *ejus, contra eſſe potentem.*
4. *Intellectus agens & poſſibilis minimè ipſis Competit, æquivocè tantùm niſi dicere mavis.*
5. *Corpore cum careant eſt nulla potentia in illis, Exceptis Mente, Intellectu: ſicq; vocantur Mentes ac Intellectus, ſuperadde Beati.*

279.

QVÆSTIO LV.

De *Medio cognitionis Angelicæ.*

Art. In tribus Articulis medium ſtat cognitionis.

1. *Per ſimile agnoſcunt, non eſt ſubſtantia tanti.*
2. *Non capiunt ſpecies à rebus, congenitis ſtant.*
3. *Quò magis aſcendunt, ſpecie majore beantur.*

282.

QVÆSTIO LVI.

De *Cognitione Angelorum reſpectu rerum immaterialium.*

Art. Angelus in ternis noſcit res Spirituales.

1. *Per formam ſubſtare ſuum ſe intelligit ipſum.*

2. *Per*

2. *Per ſpeciem ſibi collatam cognoſcit at altrûm.*
3. *Nôſſe Deum propriâ vi aliqualiter, Angelicum ſit.*
285.

QUÆSTIO LVII.

De Cognitione Angelorũ reſpectu rerũ materialiũ.

Art. Materiam ut noſcant hæ Mentes, quinque revolve.

1. *Per ſpecies cognoſcibiles Mens Materiam ſcit.*
2. *Novit per ſpecies infuſas particulare.*
3. *Quodq; neceſſe futurum eſt, cauſis noſcit in ipſis.*
Multis quæ evenient cognoſcit conijciendo,
Quæ paucis minimè, pro ſe Deus iſta reſervat.
4. *Effectus meditata hominum demonſtrat eidem,*
In ſe verò ipſis ſolus Deus omnia novit.
5. *At myſteria donorum quæ gratia confert,*
Non per naturam novit, Deus ipſe revelat.
290.

QVÆSTIO LVIII.

De Modo cognitionis Angelicæ.

Art. Atq; modum noſcendi in ſeptem divide membra.

1. *Actu haud ſunt ſemper naturam nôſſe potentes.*
2. *Attamen in verbo ſunt actu conſpicientes.*
In verbo ac extra poſſunt cognoſcere multa,
Perq; unam ſpeciem, ſpecies ni plura repoſcat.
3. *Omnia quæ novit diſcurſu haud utitur hæc Mens.*
4. *Noſcendo non componit, nec dividit unquam.*

5. *Mentibus est etiam cognoscere vespere, mane.*
6. *Vespere cognoscens extra verbum esse creatum*
A matutino differt formaliter ex se.
7. *Ast hoc in verbo distingvunt cognita sola.*
297

QVÆSTIO LIX.
De *Voluntate Angelorum.*

Art. Quatuor Articulis horum conclusa voluntas.

1. *Sunt intellectu constantes, inde volentes.*
2. *Hæc tamen inter se omninò differre memento.*
3. *Angelus arbitrio fulget per singula liber.*
4. *Irascens, cupiens vis non reperitur in illo.*
301.

QVÆSTIO LX.
De *Amore Angelorum.*

Art. Quinque Amor Angelicus deposcit membra tenere.

1. *Spiritibus naturalis dilectio servit.*
2. *Naturalis, & Electivus amor stat in illis.*
3. *Angelus hinc utroq; modo se diligit ipsum,*
4. *Ast alium naturalis dilectio stringit,*
Ex quo conveniunt, non sic disconvenienter.
5. *Atq; Deum plùs quàm se naturaliter idem*
Diligit, at non sic cupiens dilectio poscit.
306.

QVÆ-

QVÆSTIO LXI.

De Productione Angelorum in esse naturæ.

Art. Condere naturam Angelicam vis, sume quaternum.

1. *Angelus ut fieret, Divina creatio fecit.*
2. *Ex nihilo non æterne sed tempore factus.*
3. *Factum cum toto mundo simul esse probatur.*
4. *In cælo Empyrio prout excellentia poscit.*

310.

QVÆSTIO LXII.

De productione Angelorum in esse gratiæ.

Art. Gratia spirituum membris conclusa novenis.

1. *Angelus est factus naturæ sorte Beatus,*
   Sorte supernaturali meruisse relictâ.
2. *Auxiliumq; Dei illius conversio poscit.*
3. *Gratia spiritibus collata fuisse probatur;*
4. *Vtq; Beati essent, meruerunt actibus ejus.*
5. *Quod lucratus eis primus tunc actus amoris.*
6. *Iuxta naturæ vires stant dona recepta:*
   Gratia dans meritum, tum gloria dona coronans.
7. *Cognitio naturalis stat amorq; beatis.*
8. *Nec peccare potest Sanctus nunc Angelus unquam.*
9. *Profectusq; aliquis nunquam conceditur illi.*

319.

QVÆ-

QVÆSTIO LXIII.
De Malitia Dæmonum.

Art. Quòd Dæmon perversus erat, dant mēbra novena.

1. *Non potis est errare Deus, nec peccat in ullo,*
Sed ratione valens factura ad utrumq; potens est.
2. *Est quovis errare potens, conclude reatu,*
At juxta affectum dat prima superbia culpam.
Invidia hanc celeri cursu comitatur euntem.
3. *Assimilare Deo voluit se, non tamen æquè,*
Vltima quòd ratio finis mansisset in illo,
Viribus id proprijs quærens: vel regna beata
Absq; Deo auxiliante volens sibi debita jure.
4. *Perversi tamen haud sunt naturaliter omnes.*
5. *Instanti primo Dæmon peccare nequibat.*
6. *Iuxta Doctores Sanctos peccavit iniqvus,*
Post instans primum, nam ei protunc gratia fulsit,
Si caruisset eâ mora nulla fuisset in illo.
7. *Et qui peccavit primus, fuit ille supremus.*
8. *Ac primus peccans, alijs sua crimina svasit.*
9. *Gratia servavit plures, quàm pœna necavit.*

328.

QVÆSTIO LXIV.
De pœna Dæmonum.

Art. Quatuor Articulis conclusa est pœna malorum.

1. *Cognitio naturalis cum Dæmone mansit,*
Sed speculans secreta Dei stetit attenuata,

Quæq; Dei concernit amorem, funditus absit.
2. *Vtq; bono Sanctus, culpæ sic pravus adhæsit.*
3. *Est dolor ut simplex actus, non passio in illis*
Nam nolunt quæ sunt, quæ non, sunt esse volentes.
4. *Infernus debetur eis sic culpa requirit,*
Aërij exercent justos ad Iudicis horam.
332.

QVÆSTIO LXV.

De Creatione rerum corporalium.

Art. Quatuor Articulis conduntur corpora quævis.

1. *Omne Deus fecit corpus, quod pendet ab illo.*
2. *Hoc illum bonitas ejus præstare movebat.*
3. *Angelus hoc ad opus nullus se miscuit unquam,*
4. *Corporeæ formæ, minimè sunt sensibilesq;*
Productæ per eos, Dominus sed fecit easdem,
Hiq; movent tantùm, generantem operatio spectat.
336.

QVÆSTIO LXVI.

De Ordine Creationis.

Art. Ordo creandorum currit per membra quaterna.

1. *Materia informis formatam tempore nullo*
Præcessit, pulchrum ornatum nisi dicere mavis.
2. *Cælestem à sublunari differre memento.*
3. *Empyrium Cælum formari conveniens est,*
Principio rerum, quò tendit gloria carnis.

4. *Ma-*

4. *Materies simul informis cum tempore facta.*

340.

QVÆSTIO LXVII.

De opere primæ Diei.

Art. Quatuor Articulos deposcit prima dierum.

1. *Lux à parte rei translatè spirituales*
Res ambit, propriè sed respiciendo loquelam.
2. *Cum sit in instanti, corpus, Lux esse nequibit.*
3. *Non intentio, non substans cum sit, sequitur quòd*
Est quale activum diffusum ex corpore claro.
4. *Prima dies vidit lucem sat convenienter.*

344.

QVÆSTIO LXVIII.

De opere secundæ Diei.

Art. Membra quaterna dies poscit censere secundæ.

1. *Vox firmamenti diversè sumptá tenetur,*
Prima dies, seu altera fecit id, accipe quodvis.
2. *Corporeas dari aquas super hoc, svô dicito sensu.*
3. *Ac etiam firmamentum sic dividit illas.*
4. *Quod super est undas, ac terram, nomine cælum*
Est unum tantùm, variâ sed parte redundans
Ac varios cælos dicit translatio dicti.

348

QVÆ-

QVÆSTIO LXIX.

De *opere tertiæ* Diei.

Art. Tertia lux ſiſtit membris concluſa duobus.

1. *Ordine naturæ terram bene condidit illa.*
2. *Huc plantarum etiam rectè factura refertur.*

350.

QVÆSTIO LXX.

De *opere quartæ* Diei.

Art. In tribus Articulis operatur quarta dierum.

1. *Quarta dies ornans condignè lumina condit.*
2. *Sat bene deſcripſit ſcriptura hanc conditionem.*
Cultum idolorum ſic exſtirpare volebat.
3. *Vivit planta, animal, cælos non vivere conſtat.*

353.

QVÆSTIO LXXI.

De *opere quintæ* Diei.

Art. Quinta dies ſolo membro concluditur uno.

1. *Conveniens opus eſt, quod dicit quinta dierum.*

354.

QVÆSTIO LXXII.

De *opere ſextæ* Diei.

Art. Sexta dies itidem membro conſiſtit in uno.

1. *Sexta dies hominem, ac animalia condidit aptè.*

355.

QVÆSTIO LXXIII.

De opere ſeptimæ Diei.

Septima lux tribus Articulis diviſa tenetur.

Art.

1. *Sat benè ad hancce diem rerum completio ſpectat.*
2. *Seu dicas ceſsâſſe Deum à quocunq; labore,*
Seu implêſſe voluntatem lux ſeptima ſervit.
3. *Sanctificata Deo rectè lux ſeptima dicta.*

358.

QVÆSTIO LXXIV.

De omnibus ſeptem Diebus.

In tribus Articulis ſiſtit commune dierum.

Art.

1. *Sufficiens harum deſcriptio facta dierum.*
2. *Nam tres diſtingvunt, tres ornant, ſeptima ceſſat.*
3. *Et non una dies, ſeptem numerantur eædem.*

361.

QVÆSTIO LXXV.

De Eſſentia Animæ.

Septem Animæ membris eſſentia conſtituenda.

Art.

1. *Nulla anima eſt corpus, ſed tantùm corporis actus.*
2. *Eſt humana incorporea, & ſubſiſtere nata.*
3. *At per ſe ſe animas brutorum ſtare negandum.*
4. *Aſt homo non anima eſt, ex corpore conſtat, & illa.*
5. *Non eſt compoſita ex forma, nec materiebus.*
6. *Interiùs nunquam corrumpi ſit potis illa.*
7. *Angelus ac animæ diverſæ ſunt ſpeciei.*

368.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXVI.

De unione animæ ad corpus.

Art. Est anima Articulis octo cum corpore juncta.

1. *Carni intellectus, ceu forma, unitur eidem.*
2. *Multiplicato Individuo Mens multiplicatur.*
3. *Vna homini est anima, at præstans est munera terna*
   Nam vegetat, sentit, demùmq; intelligit ipsa.
4. *Formaq; præter eam non altera possibilis stat.*
5. *Cumq; animæ humanæ sit perfectissima virtus,*
   Corpus tale petit, quod pro hac parte æquivalens sit.
6. *Vniat ut corpus nullum disponere poscit*
   Quo mediante id agat, nisi deducatur ab Esse.
7. *Nec corpus medians aliquod datur inter utrumq;.*
8. *Quâlibet in parte est essentia tota gubernans,*
   Sic nunquam residet virtus totalis in illis.

376.

QVÆSTIO LXXVII.

De Potentijs animæ in communi.

Art. Bis quater Articulos animata potentia poscit.

1. *Esse ac posse animæ distingvitur alterum ab altro.*
2. *Hinc animæ humanæ non una potentia servit*
3. *Objectis distingvuntur seu actibus illæ.*
4. *Ordine stant proprio ut turpis confusio non sit.*
5. *Mens habet organicas insunt contraria toti.*
6. *Omnes ex animæ dimanant* esse *superno.*

7. *Quæ magè perficiunt alias, sunt finis adinstar,*
Principijq; activi, & fontis nomine gaudent,
Principiantq; minùs perfectæ, ut suscipientes.
8. *Quæ subjectantur menti nil separat illas,*
Sed quæ composito, pereunt virtute manente.

384.

QVÆSTIO LXXVIII.

De potentijs animæ in speciali.

Art. Quatuor Articulis speciata potentia constat.

1. *Quinque potens animæ humanæ genus esse fatendũ;*
Nam vegetat, sentit, mox appetit, atq; movetur
Sive loco, seu intellectu: sunt animæ tres:
Quæ vegetat, sentit, quæ post intelligit ipsa:
Quatuor atq; modi vivendi, scilicet isti:
Mente, locoq; movens, vegetans, tum deniq; sensus.
2. *Tres animæ partes sunt: gignit, nutrit, & auget.*
3. *Sensus externi quini bene dinumerantur:*
Visus, & auditus, tum olfactus, tangere, gustus.
4. *Quatuor interni, sensus communis, & inde*
Surgit imago rei, mox æstimat, & Memoranda.

388.

QUÆSTIO LXXIX.

De Potentijs Intellectivis.

Art. In tribus atq; decem intellectum claude potentem.

1. *Non iddentificant Intelligere ac Animæ* Esse

Ergo

Ergo intellectus dicenda potentia restat.
2. *Cum patiatur, erit passiva potentia verè.*
3. *Possibilis recipit species, sitq́ omnia, tandem* Intellectus agens & possibilis.
Dandus Agens, per quem specierum abstractio surgat.
4. *Lux intellectûs animæ est à mente suprema*
Quæ illustrat cognoscendo phantasmata, quævis.
5. *Multiplicatur Agens subjectis multiplicatis.*
6. *Sic memorans, species conservans spectat ad illum.*
Sed de præteritis sensum magis induit ipsa.
7. *Vna Intellectus, Memoransq́ potentia sunto.*
8. *Perfectum penes est Intellectus Ratioq́.*
9. *Inferior ratio est eadem cum parte superna:*
Distant objectis: Cælestia respicit ista
Temporibus tantùm Inferior deservit inhærens.
10. *Intellectus, & Intellgentia respiciunt se,*
Non ut bina potens, sed sola potentia & actus.
11. *Practicus, & speculans intellectus, duo membra.*
12. *Primorum est habitus Syndræsis Principiorum*
Quæ spectant ad opus, qualis datur ad speculandum.
13. *Est actus Conscientia, non est ulla facultas.*
401.

QUÆSTIO LXXX.

De Potentÿs appetitivis in Communi.

Art. Concupiens ne potens communis? siste duobus.

1. *Concupienda potens specialis Mentibus esto.*
2. *Ast intelligere, & sensus distingvit in illis.*

QUÆSTIO LXXXI.
De ſenſualitate.

Art. Appetit & ſenſus? per ternos volve cothurnos.

1. *Concupiens ſensûs noſcendi vi caret ulla.*
2. *Attamen eſt duplex, iraſcitur atq; cupiſcit.*
3. *Hi varijsq; modis ſubſunt velle, ac rationi.*

406.

QUÆSTIO LXXXII.
De Voluntate.

Art. Quinque voluntatem ſcindentes articuli ſunt.

1. *Nulla neceſſe voluntati mandant, niſi finis,*
Vel natura potens, reliquis ſibi libera ſemper.
2. *Libera ſicq; manens vult particularia quædam.*
3. *Altior eſt per ſe intellectus parte volente,*
Interdum tamen objecti ratione eſt altior illa.
4. *Hincq; voluntatem movet intellectus adinſtar*
Finis, at ad facienda movebit eum ipſa voluntas.
5. *In velle haud diſtant iraſcens, atq; cupiſcens.*

411.

QUÆSTIO LXXXIII.
De Libero Arbitrio.

Art. Quatuor in membris Libertas arbitrij ſtat.

1. *Poſcunt arbitrium rationem participantes.*
2. *Non habitus naturæ, quædam eſt hocce facultas.*

3. *Eli-*

3. *Eligit, est ergo cupienda potentia verè.*
4. *Velle, ac arbitrium sunt una potentia tantùm.*

415.

QUÆSTIO LXXXIV.

De Cognitione animæ, respectu Corporalium.

Art. Membris octo animam contingit corpora nôsse.

1. *Notio depurans animæ dat corpora nôsse.*
2. *Per propriũ* Esse *animæ nequeunt cognoscere corpus.*
3. *Per species animam infusas cognoscere non stat.*
Idq; modò tantùm naturæ, hac parte loquendo.
4. *Noscendi species sejunctis corpore nunquam*
Promanant formis, veluti docuêre vetusti.
5. *Res sine materia, non noscit per rationes*
Æternas, veluti in speculo, causaliter autem.
6. *A rebus sensis species trahit, abstrahit illas*
7. *Ad Phantasma ni vertatur nil scit in actu.*
8. *Iudicium mentis turbatur sensibus ipsis.*

423.

QUÆSTIO LXXXV.

De modo & ordine intelligendi.

Art. Ordo, modus noscendi poscunt octo cothurnos.

1. *Materiam dum cognoscit mens, abstrahit illam.*
2. *Est species abstracta illud, quo intelligit ipsa.*
3. *Quod communius est, prius est in Cognitione.*
4. *Multa, ut multa, simul mentem cognoscere non stat.*

5. Di-

5. *Divide, componas, discurras, noscere si vis.*
6. *Non potis est falli discursus si bonus adsit.*
7. *Parte suâ meliùs rem intelligit unus ab altro.*
8. *Notius est illi quod nunquam dividis actu.*

431.

QUÆSTIO LXXXVI.

Quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat.

Art. Quatuor Articulis novit mens materiale.

1. *Particulare nefas directè noscere menti.*
2. *Infinita actu, aut habitu cognoscere non stat.*
3. *Non novit directè contingentia pura.*
4. *Nonq; futura quidem nisi sint communia menti.*

435.

QUÆSTIO LXXXVII.

De Cognitione animæ erga seipsam.

Art. Quatuor Articulis animus se intelligit ipsum.

1. *Intellectus agens à sensibus abstrahit aptè,*
Quo sic abstracto rectè se intelligit ipsum.
2. *Atq; habitum mentis cognôsse abstractio donat.*
3. *Objectum est: primò attingens, actumq; secundò,*
Angelicis alitèr contingit mentibus istud.
4. *Quosq; voluntatis cognoscere fit potis actus.*

439.

QVÆ-

QUÆSTIO LXXXVIII.

De cognitione animæ ſupra ſe.

Art. In tribus Articulis hominis mens docta ſupra ſe.

1. *Præſentis vitæ ſtatus haud cognoſcere per ſe*
Angelicum ſubſtare poteſt, phantaſmata deſunt.
2. *Et licèt agnoſcat, perfectum dicere non ſtat,*
Scilicet abſtractum multùm diſconvenit illi.
3. *Nec Deus eſt primum, quod nos cognoſcimus iſthic.*

442.

QUÆSTIO LXXXIX.

De Cognitione animæ ſeparatæ.

Art. Articulos anima agnoſcit ſejuncta per octo.

1. *Nôſſe animæ poſſunt non ſe ad phantaſma trahendo.*
2. *Perfectèq; ſuum, minùs Angelicum eſſe vident hæ.*
3. *Confusè cognoſcunt naturalia quævis.*
4. *Non omne aſt aliquod cognoſcunt particulare.*
5. *Acquiſiti habitus ſejunctis mentibus inſunt.*
6. *Iddem ſcire manet, modus at diverſus eisdem.*
7. *Noſcere de longè omninò nihil impedit illas*
8. *Gratia eis tribuit cognoſcere noſtra revelans.*

450.

QUÆSTIO XC.

De Productione primi hominis, quoad animam.

Art. Aſt animæ numerat productio membra quaterna.

1. *De substare Dei non est; manet inde creata.*
2. *Non ex materia; nihilum fuit ante creari.*
3. *Cumq; creata sit, hanc fecit Deus immediatè.*
4. *Carne simul producta manet, nunquam fuit ante.*

454.

QUÆSTIO XCI.

De productione hominis, quoad corpus.

Art. Corpus Adæ constat productum sorte quaternâ.

1. *De limo terræ corpus producitur illud.*
2. *Non habuit socios fecit Deus immediatè.*
3. *Dispositum summè, juxta quod conveniebat.*
4. *Sat scriptura modum facti descripserat hujus.*

458.

QUÆSTIO XCII.

De productione mulieris.

Art. Quatuor Articulis mulier producta superbit.

1. *Principio rerum docuit formare puellam.*
2. *Est vir principium speciei, hinc fœmina facta.*
3. *Conveniens éi materies est costa virilis.*
4. *A soloq; Deo processit fœmina facta.*

462.

QUÆSTIO XCIII.

De Fine productionis hominis.

Art. Terminus in nonis hominis consiste creati.

1. *Est*

1. *Est homini imperfecta Dei, sed congrua imago.*
2. *Hæc est sola Dei factura valens ratione.*
3. *Angelus ast hominem superat, perfectior illo.*
4. *Constat imago Dei esse homini ipsa Creatio Iusto,*
Gloria resplendet perfectè in mente Beata. (Vnus.
5. *Hæc quoq; imago docet, Deus est quòd Trinus, &*
6. *Menti at imago Dei est, reliquis vestigia tantùm.*
7. *Prima tamen Menti est, insistens atq; potenti,*
Mente repræsentatq; Patrẽ, tum Verbũ, & Amorẽ.
8. *In quantũ est Noscens Triadis bene dogmata fulcit.*
9. *Et præit & sequitur simile omnis imaginis umbram,*
Hæc ambo veluti distingve præambula quædam.

471.

QUÆSTIO XCIV.

De Conditione Intellectûs primi hominis.

Art. Mens hominis primi deposcit membra quaterna.

1. *Non vidisse Deum peccatum signat Adamum.*
In se, quantumvis major sit visio justi,
Non potuitq; videre idem per se Angelicum Esse.
2. *Omnia naturæ scivit, Pater & Dominator.*
3. *Atq; super naturam, quæ tunc scita juvabant.*
4. *Quæ scivit, vel non, nequiens errare sciendo.*

475.

QVÆ-

QUÆSTIO XCV.

De voluntate primi hominis quoad gratiam.

Art. Quatuor Articulis lustratur forma volendi.

1. *Subdita mens Domino, rationiq; inferior pars,*
Ac animæ corpus, dicunt Iustum esse creatum.
2. *Passio recta fuit, fuerat nunquamq; nociva.*
3. *Virtutes omnes fuerant aliqualiter illi:*
Mancæ habitu tantùm, perfectæ actuq; habituq;.
4. *Gratia si meritum fundat, fuît majus Adami,*
Atq; minus, spectetur si proportio justa.

479.

QUÆSTIO XCVI.

De Dominio primi hominis.

Art. Primus homo Dominus procedit sorte quaternâ.

1. *Omni animæ Dominatus Adam cum justior esset,*
Peccatumq; facit, quòd nunc servire recusat.
2. *In plantas usum, in retinens animalia Regnum.*
3. *Disparitas sexûs fuerat, poteratq; & corporis esse.*
4. *Pœna facit servos, homines servîsse negato.*

483.

QUÆSTIO XCVII.

De Conservatione Individui primi hominis.

Art. Tunc Individuum servâssent membra quaterna.

1. *Gratia causâsset, non forma, hunc morte carere.*
2. *Passio nulla foret mala, perfectiva fuisset.*

3. *Sumpſiſſetq; cibos quales ſurrectio ſpernit.*
4. *Non per ſe, ad tempus de ligno morte careret.*

487.

QUÆSTIO XCVIII.

De conſervatione ſpeciei.

Art. Conſervans ſpeciem membris conſtricta duobus.

1. *Multiplicandi homines generari tuncce petîſſent.*
2. *Iunxiſſentq; ſimul mas, fœmina; cede libido.*

489.

QUÆSTIO IC.

De conſervatione Prolis generandæ.

Art. Conſervans corpus prolis duo membra repoſcit.

1. *Ex puero fieret juvenis, vir, & inde ſeneſcens.*
2. *Non ſoluſq; foret mas, fœmina facta fuiſſet.*

491.

QUÆSTIO C.

De Iuſtitia prolis illius.

Art. Juſtitiam prolis membris perquire duobus.

1. *Iuſtitiam ad prolem tunc perduxiſſet Adamus.*
2. *Auxilijsq; Dei confirmari ipſa petîſſet.*

493.

QUÆSTIO CI.

De ſcientia prolis generandæ.

Art. Proles numq; ſciens eſſet perquire duobus.

1. *Nonq; per omne sciens proles foret, unde studeret.*
2. *Nec perfectum usum rationis nata habuisset.*

495.

QUÆSTIO CII.

De Paradiso.

Art. Quatuor Articulis Paradisus discutiendus.

1. *Convenienter erat Paradisus factus ad ortum.*
2. *Aptus quippè fuit naturæ habitandus Adami.*
3. *Vtq; homo custodiret eum faceretq; labores.*
4. *Extra factus homo, translatusq; in Paradisum, Transportandus abinde, usq; ad Cælestia Regna.*

499.

QUÆSTIO CIII.

De gubernatione rerum in communi.

Art. Res in communi rectè Articuli octo gubernant.

1. *Res, Divina omnes Sapientia Sancta gubernat.*
2. *Finis at imperij superat mundana locorum.*
3. *Vnus non plures mundi molem hancce gubernat.*
4. *Effectus Regni rerum stat Summus, & Vnus; Bis generale petit, numerus deêst particulari.*
5. *Inferiora regit mundi Deus atq; superna.*
6. *Omnia per se se regit, effectus mediatè.*
7. *Nil fiet nolente Deo, stant ordine cuncta.*
8. *Est generale nihil, stat particulare resistens.*

507.

QUÆSTIO CIV.

De Effectu Gubernationis.

Art. Quatuor Articulis effectus imperij stant.

1. *Quidquid habet mundus, totum Deus ipse gubernat.*
2. *Sed quædam medijs certis, quædam immediatè.*
3. *Ad nihilum si vult potis est detrudere cuncta,*
4. *Attamen ad nihilum nunquam perducit in actu.*

511.

QUÆSTIO CV.

De mutatione rerum à Deo.

Art. Octo petit membris claudi mutatio rerum.

1. *Materiam ad formam Dominus movet immediatè.*
2. *Hic movet & corpus qui materiam movet ipse.*
3. *Virtutem cognoscendi tribuens, speciesq;*
Infundens, rerum, Dominus movet intellectum.
4. *Interiusq; voluntatem movet ipse creatam.*
5. *Et cum omni faciente facit Deus omne Creator*
Dans formale operari, finale, efficiensq;.
6. *Nil agit, (ut causæ dependent) ordine verso.*
A se quæ pendent, tales inversio turbat.
7. *Quæ præter causas veniunt, miracula dicas.*
8. *Quò magè naturam superant majora fatetor.*

519.

QVÆ-

QUÆSTIO CVI.

De Illuminatione Angelorum.

Art. Angelus illuſtrans alios vult membra quaterna.

1. *Angelus illuſtrat, manifeſtans vera, minorem,*
Vel confortat eum, noſcendam rem aſſimilandò.
2. *Non tamen alterius potis eſt velle ipſe movere.*
3. *Majorem inferior ſed non illuminat unquam.*
4. *Altior omne ſuum dictum dat ſcire minori.*

523.

QUÆSTIO CVII.

De Locutione Angelorum.

Art. Articulis mentes inter ſe quinque loquuntur.

1. *Dum ſibi conceptus manifeſtant, ſermo vocatur.*
2. *Inferior loquitur, ſed non illuminat altum.*
3. *Conſulit atq; Deum, miratur, nil manifeſtat.*
4. *Et diſtare loco vocem non impedit illi.*
5. *Vnus & alterius ſermones abſq; alijs ſcit.*

528.

QUÆSTIO CVIII.

De ordine Angelorum in Hierarchias.

Art. Articulis octo Mentes ſtant ordine recto.

1. *In tribus ordinibus ſiſtunt hierarchia dictis.*
2. *Attamen in ternos quivis diſtingvitur ex his,*
Scilicet eſt ſummus, medians, eſt infimus illis.

3. Con-

3. *Continet Ordo unus per multos munere functos.*
4. *Naturalis eos finis bene dividit in se,*
Adq; supernaturalem disponit eosdem,
Naturæ donum sed gratia firmat in illis,
Tali constituens hominesq; sub ordine sola. (Virtus,
5. *Inde Cherub, Seraphim, Thronus, & Dominatio,*
Atq; Potestates, Princeps, Archangelus, atq;
Angelus, est Nomen summè quod convenit illis.
6. *Nomen, & ordo, gradus, quæ aptavit pagina sacra,*
Sunt bona, quæ Dionysius, atq; Gregorius addunt.
7. *Cessabunt post Iudicium illis munera quædam*
Servitij humani Dêi servitiumq; manebit.
8. *Adscribi constat mortales ordini eorum.*

536.

QUÆSTIO CIX.

De ordine malorum Angelorum.

Art. Quatuor Articulis absolvitur ordo malorum.

1. *Ordine glorificante carete mali, tamen aptus*
Est vobis naturæ Ordo, qui convenit & nunc.
2. *Est prælatio eis, est & subjectio certa.*
3. *Illustrant minimè se propria nomina dando.*
4. *Angele in Empyrio residens dominare malignis.*

540.

QUÆSTIO CX.

De Præsidentia Angelorum ad Corpora.

Art. Quatuor Articulis dominatur Corporibus Mens.

1. *Angelus ipse regit corpus quodcunq; creatum.*
2. *Materies tamen ad nutum non subditur illi.*
3. *Corporeum motu statuit quodcunq; locali.*
4. *Solus mira Deus præstat, non Angelus ullus.*

544.

QUÆSTIO CXI.

De actione Angelorum in homines.

Art. Angelus erga homines agit, accipe mēbra quaterna.

1. *Angelus illustrat mortales ordine veri.*
2. *Velle hominis tantùm svadendo movere potens est.*
3. *Et bonus atq; malus dominatur imagine nostrâ.*
4. *Immutare potest hominis sensum Angelus omnis.*

548.

QUÆSTIO CXII.

De Missione Angelorum.

Art. Quatuor Articulis demittitur Angelus ad Nos.

1. *Sunt Dêi imperio missi nobisq; ministrant.*
2. *Mittitur inferior tantùm communiter, at si Vult Dominus, poterit mitti Angelus ipse supremus.*
3. *Omnes assistunt Domino, mysteria soli Percipiunt summi, quantùm Deus illa revelat.*
4. *Indicat ut nomen, non omnes sede secundâ Mittuntur nobis famulantes atq; ministri.*

552.

QVÆ-

QUÆSTIO CXIII.

De Custodia Angelorum.

Art. Articulis octo constat custodia nostri.

1. *Errat homo, custodiri indiget inde regiq́;.*
2. *Vni homini custos tantùm datur Angelus unus.*
3. *Vltimus ordo facit Custodes particulares,*
   At custodia totius se extendit ad omnes.
4. *Hac vitâ cuîvis homini datur Angelus, ac post*
   Aut corregnabit bonus, aut torquebit iniquus.
5. *Nascitur ut quisquam, Custos datur Angelus illi.*
6. *Deserit in totum nunquam, sed parte relinquit.*
7. *Deq́; malis hominis minimè dolet omnia cernens.*
8. *Inter eos nec pugna datur, nisi sit meritorum.*

560.

QUÆSTIO CXIV.

De Impugnatione Dæmonum.

Art. Cõtra homines pugnat Dæmõ per quinq; cothurnos.

1. *Si Deus ipse velit, pugnat genius malus in nos.*
2. *Est illi proprium tentare homines, homini non.*
3. *Illi indirectè peccatum stat tribuendum,*
   Directè tamen hoc operatur sola voluntas.
4. *Vt fallant homines faciunt miracula falsa.*
5. *Non tentat Dæmon superatus tempore certo.*

565.

QUÆSTIO CXV.

De actione rerum corporalium.

Art. Quæstio corpus agit claudit ſenaria membra.

1. *Paſſio corporibus debetur & actio cunctis.*
2. *Carnis materia eſt ſemen, generanſq; movenſq;.*
3. *Motus Cælorum cauſant motum inferiorum.*
4. *Actibus humanis directè non dominantur.*
5. *Subijcitur nullum pro certo Dæmonium illis.*
6. *Inferiora inclinant non faciendo neceſſe.*

571.

QUÆSTIO CXVI.

De Fato.

Art. Quatuor Articulis Fatum concluditur in ſe.

1. *Poſtulat Ordo Dei in mundo concedere Fatum.*
2. *In cauſis quoad effectus datur eſſe creatis.*
3. *Mobile quod Fatum eſt, deducit cauſa ſecunda, Ordine Divino immotum ſub conditione.*
4. *Immediata Deo non dicas ſubdere Fato, Quodq; ſecunda facit cauſa, illud ſubditur ipſi.*

575.

QUÆSTIO CXVII.

De Actione Hominis.

Art. Quatuor Articulis humanorum actio conſtat.

1. *Vnus homo potis eſt alium permulta docere.*
2. *Nullus homo Angelicæ Menti valet indere verum.*

3. *Non licet immutare animæ rem materialem.*
4. *Nec ſejuncta valet propriâ virtute locata*
Corpora non unita movere, aut vivificare.

579.

QUÆSTIO CXVIII.

De Traductione prolis quoad animam.

Art. In tribus Articulis animæ traductio ſiſtit.

1. *Senſibiles animas traduci ſemine conſtat.*
2. *Intellectivas traduci Eccleſia damnat*
3. *Ante creari animas non ſtat, cum carne creantur.*

582.

QUÆSTIO CXIX.

De propagatione quoad corpus.

Art. Binis Articulis carnis producta propago.

1. *Vertitur in Naturam aliti pars certa alimenti.*
2. *Quodq́; ſuperfluit ex alimento, ſemen habebit.*

584.

Sic Finita manet Pars hæc primaria ſummæ
Ad centum Quæſita, decemq́;, novemq́; reducta,
Articulos numerans Quingentos, ſed ſuperaddit
Illorum decades octo, quibus adde quaternos.

Finis Primæ Partis.

PRI-

PRIMÆ SECUNDÆ

Summæ Angelicæ.

QUÆSTIO I.

De Ultimo Fine.

Art. Ultimus in membris finis concluditur octo.

1. *Propter agit Finem, quisquis vult cum ratione*
2. *Est operari homini proprium, dum fine movetur.*
3. *Actibus humanis speciem dat Finis in omni.*
4. *Unum ut principium Finis sic ultimus unus.*
5. *Estq; dari simul hos plures per cuncta repugnans.*
6. *Hic Finis quodcunq; velis, movet omne volendum*
7. *Finis hic est unus, studijs sed multiplicatur.*
8. *Cuncta creata in eum tendunt homo solus habebit.*

8.

QUÆSTIO II.

De Beatitudine.

Art. Octo concludunt poteris quibus esse Beatus.

1. *Nunquam divitiæ, facient hominem esse beatum.*
2. *Nec præstabit honor quantumvìs summus in orbe.*
3. *Fallax Fama bonum felicem non facit ullum.*
4. *Usus felicem faceret, non ipsa potestas.*
5. *Nec bona præstabunt felicem temporis ulla.*

6. Id

6. *Id neq; delectans poterit præstare voluptas.*
7. *Non animi virtus potis est præstare beatum.*
8. *Deniq; nulla bona id possunt conferre creata.*

16.

QUÆSTIO III.

Quid sit Beatitudo?

Art. Membra dabunt octo, quid nam sit vita beata.

1. *Causa õi objectumq; Deus, tamen* Esse *creatum.*
2. *Vltimus est actus, sic inde operatio dicta.*
3. *Sensus eam minimè dabit, Intellectus at ipse.*
4. *Ex hoc fonte fluit, sequitur post grata voluntas.*
5. *Ac primò speculanda venit, stat deniq; praxi.*
6. *Participat non præstat eam speculatio veri.*
7. *Angelicum substare hominem negat esse beatum.*
8. *Solumq; ESSE Dei visum præstabit id ipsum.*

24.

QVÆSTIO IV.

De pertinentibus ad beatitudinem.

Art. Articuli octo dabunt, poscit quæ vita beata.

1. *Vitam felicem sequitur jucunda voluptas.*
2. *Visio prima datur, post, delectare sequetur*
3. *Cernere non satis est, comprêndere frûiq; necesse.*
4. *Ac super hocce requiritur ut sit recta voluntas.*
5. *Visio clara Dei non poscit corpora, sed si*
Esset in hac vita felix quis, posceret illa.

6. *Hæc*

6. *Hæc seu naturæ status est, seu eminet illi,*
Exigitur semper decor, & perfectio carnis.
7. *Non petit in Patria sensûs bona, sed rationis*
8. *Simplex vita beata petit socios & amicos,*
Hæc solo contenta Deo, non postulat illos.

32.

QVÆSTIO V.

De Adeptione Beatitudinis.

Art. Consequitur vitam felicem quisquis in octo.

1. *Possibile est homini vitam captare beatam.*
2. *Dispositus meliùs meliori luce fruetur.*
3. *Hacce nefas vitâ quenquam posse esse beatum.*
4. *Qui semel assequitur, jam nunquã amittet eandem.*
5. *Illam naturæ conquirere viribus absit.*
6. *Resq; creata illam minimè dabit, at Deus ipse.*
7. *Angelus uno actu, multis homo tendit in illam.*
8. *Nescit homo, vera insistat quo vita beata*
Attamen omne bonum perfectum cunctus anhelat.

40.

QVÆSTIO VI.

De Voluntario & Involuntario.

Art. Articulos octo deposcit velle seù non.

1. *Actibus ob finem humanis tribuenda voluntas.*
2. *Hoc perfectum homini est, brutis sed servit ineptè.*
3. *Externum rarò actum, internum sæpe reposcit.*

4. *Vel-*

4. *Velle hominis violente caret, nisi in imperitatis.*
5. *Est Violens extra volitum, quod causat abesse.*
6. *Simpliciter metus, hoc non dat, sed parte minorat.*
7. *Involitum minimè causat volitumq; cupido.*
8. *Involitum non quæcunq; ignorantia vincit,*
Simpliciter volitum crassa, at comitans volitum non,
Sed quæ non potis est vinci, Involitum parit ipsa.
48.

QVÆSTIO VII.

De Circumstantijs Actuum humanorum.

Art. Actus humanos circumstant membra quaterna.

1. *Actibus humanis circumstans accidit aptè.*
2. *Noscere sit proprium circumstans Theologorum.*
Nam finis, bonitas, meritum concluditur illo.
3. *Omnis in hoc versu stat circumstantia facti,*
Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, (Quando?
4. *Eminet his finis, sequitur mox actio facti.*
52.

QVÆSTIO VIII.

De ijs quæ dicuntur volita.

Art. Quid volitumve voluntati? dant Articuli tres.

1. *Ad bona vera vel apparentia velle movetur.*
2. *Posse voluntatis finem mediumq; requirit,*
Ast actus finem tantummodò respicit ipsum.
3. *Hic simul & finem & medium, ratione sed altrâ.*
55.

QVÆSTIO IX.

De Motivo Voluntatis.

Art. Sena voluntatis motivum poſcit habere.

1. *Tangitur ad ſpeciem actûs à ratione voluntas*
*Vtq; * potens faciat quodvis, movet ipſa voluntas.* * potẽtentia.
2. *Ex parte objecti ſensûs movet omne volentem.*
3. *Dum finem atq; bonum vult ſe in mediũ movet ipſa.*
4. *Non ſolùm cupiendo bonum, finemq; movetur*
Objectum exterius primos concurrit ad actus.
5. *Directèq; movent Cæleſtia corpora nunquam.*
6. *Sed Deus Omnipotens intus movet extimus ipſi.*
61.

QVÆSTIO X.

De modo quo movetur voluntas.

Art. Quatuor Articulis modus eſt, quo mota voluntas.
1. *Ad bona tum finem, mediumq;, neceſſe fatendum*
Ordine naturæ ſpectatur mota voluntas.
2. *In commune bonum, non particulare neceſſe.*
3. *A parte inferiore movetur nonq; neceſſe.*
4. *A Domino cùm mota manet, fit libera ſemper.*
65.

QVÆSTIO XI.

De Fruitione.

Art. Jamq; bono fruitur membris quater ipſa voluntas.

1. *Frûitio delectans eſt actus concupientis.*

2. *Hæc*

2. *Hæc homini propria est, brutisq; minus, reliquis non.*
3. *Fine nisi summo obtento contenta quiescit.*
4. *Et perfecta manet, finis cum summus habetur,*
Imperfecta vel intento contenta manebit.
69.

QVÆSTIO XII.
De Intentione.

Art. Clauditur Articulis quinis Intentio tota.

1. *Intendit qui vult propriè, hinc intentio nata.*
2. *Quo fertur finis manet, at non ultimus omnis.*
3. *Electiva petit plures, summum mediumq;.*
4. *Tendit homo actu uno in Finem, mediantiaq; illi.*
5. *Instinctu impropriè dicas intendere bruta.*
74.

QVÆSTIO XIII.
De Electione.

Art. Sex petit Articulos Electio fine laborans.

1. *Sola volens vult, non mens, hinc Electio surgit.*
2. *Convenit at propriè brutis Electio nunquam.*
3. *Eligitur medium & finis, non ultimus autem.*
4. *Eligit ad finem, humanis hinc actibus apta.*
5. *Possibilem nisi rem dicas, non eligis unquam.*
6. *Inde necesse procul, nam Electio libera semper.*
80.

QVÆSTIO XIV.
De Consilio.

Art. Consilium Articulos senos complectitur in se.

1. *Semper Consilium præcedit judicij vim.*
2. *Est tantùmmodò de Medijs ac fine minori.*
3. *Quidquid agis finis causâ, aptum consilium sit.*
4. *Incertum, dubiumq́, movent nos consiliari.*
5. *Consilium à fine incipiens bene cuncta resolvit.*
6. *Actu infinitum non est, nisi fortè potenter.*

86.

QVÆSTIO XV.
De Consensu.

Art. Quatuor Articulis Consensus clauditur in se.

1. *Appetitur Consensus, ineptè apprênditur ergo.*
2. *Soli homini servit, brutis non convenit unquam.*
3. *Non finis propriè est, sed perducentis ad illum.*
4. *A ratione volente fluit Consensus in actum.*

90.

QVÆSTIO XVI.
De Usu.

Art. Quatuor Articulis mediandorum Vsus habetur.

1. *Vsum velle movet, ratio regit, ultima claudunt.*
2. *Bruta carent ratione, Vsus malè competit illis.*
3. *In medijs, non in summo fine Vsus habetur.*

4. *Vim præit, & sequitur variâ ratione volentem.*

94.

QUÆSTIO XVII.

De actibus imperatis à voluntate.

Art. Actus imperitat per membra novena voluntas.

1. *Postquàm velle movet rationem, hæc imperat actus.*
2. *Convenit imperium haud brutis animantibus unquã.*
3. *Ponitur hoc primò, sequitur mox usus ad illud.*
4. *Imperium comitansq; actus, totaliter unus*
Est actus tantùm, diversus partibus etsi.
5. *Est opus imperitare voluntati rationem.*
6. *Imperat exercere actum ratio, speciem non.*
7. *Sensus, cum ratio illi præsidet, imperat actus.*
8. *Naturam sequitur vegetans, fugit imperium omne.*
9. *Membris quæ sensũ exercent, benè mens dominatur,*
Imperium fugiunt, naturæ quæ famulantur.

103.

QUÆSTIO XVIII.

De Bonitate vel malitia Actuum humanorum.

Art. Undenis bonitas, vel non, concluditur actûs.

1. *Actio quæ bonitate caret, perversa vocatur.*
2. *Esse bonos vel non, actus, objecta resolvunt.*
3. *Hoc etiam præstans est circumstantia facti.*
4. *Non ex objecto has, vel circumstantibus illos*
Accipiunt species tantùm, sed fine leguntur.

5. *Dant ſpeciem factis objecta boniq; maliq;.*
6. *Hæc etiam ſpecies factis ex fine petenda.*
7. *Fine vel objecto ſpecies diſtingvitur illis.*
8. *Actus humanos certum conceditur eſſe*
In medio ſtantes, mala vel bona nulla tenentes.
9. *Hoc individuis nunquam contingere conſtat,*
Si pro, vel contrà diſcurrant, ſicq; maligni.
10. *Non quævis ſpeciem dat circumſtantia facti,*
Sola cui bonitas, vel contrà, convenit ex ſe.
11. *Interdum haud mutat ſpeciem, tamen aggravat illa.*

114.

QUÆSTIO XIX.

De Actu Interiori bono vel malo.

Art. Interior bonus aut actus malus exdecimatur.

1. *Vim facit objectum benè, vel malè ſtare, volentem.*
2. *Illi circumſtans hoc non præſtare valebit.*
3. *Cum bona proponat ratio, hæc vis pendet ab illa.*
4. *Ex lege æterna pendet magè, quàm ratione.*
5. *Eſt mala diſcordans quâvis ratione voluntas.*
6. *Nec concors rationi erranti eſt undiq; recta,*
Vt quando ratio ignorat, quod ſcire tenetur.
7. *Intentus finis medijs eſt, recta voluntas.*
8. *Non ſemper bonitas tanta eſt, intentio quanta,*
Pravum velle aliter, nam intentum finis adæquat.
9. *Velle Deo conforme capit bonitatem ab eodem.*
10. *Noſtrum velle Deo conformans eſſe tenetur,*

In vo-

In volito formaliter, & non materianter.

124.

QVÆSTIO XX.

De Actu Exteriori bono vel malo.

Art. Exterior bonus, aut non, actus sena ministrat.

1. *Actus externi subeunt formam interiorum.*
Hi faciunt illos conformes, vel minùs aptos.
2. *Ordine Finali bonitas procedit in actu*
Externo à velle, at circumstans à ratione.
3. *Exterior bonus est vel non, sine interioris.*
Diversumq; facit circumstans semper utrumq;.
4. *Non addit quidquàm exterior super interiorem.*
5. *Eventusq; sequens meditatus vel bonitatem,*
Vel difforme actûs facit exterioris adauctum,
Si sit contingens seu in paucis nihil addit,
Sit nisi permultis, vel per se, seq; sequatur.
6. *Vnus & idem actus moraliter & bonus & non,*
Esse nequit, juxta naturam est aptus haberi.

130.

QVÆSTIO XXI.

De consequentibus actus humanos.

Art. Humanos actus comitantem junge quaterno.

1. *Qui bonus est actus, rectùs benè dicitur ille,*
Quiq; malignus erit, capiet cognomina culpæ.
2. *Lausq; bonum sequitur, comitatur culpa malignū.*

3. *Sic*

3. *Sic bonus est meritum, sic demeritumq; malignus.*
4. *Hoc capit ante Deum, quod justum est nomen uterq;.*
134.

QVÆSTIO XXII.
De subjecto Passionum.

Art. Subjectans tribus est in membris passio mentis.

1. *Passio inest animæ communis, stricta negatur.*
2. *Cōcupiens, patiens magìs est, quàm apprēsio quæq;.*
3. *Sensibilisq; magìs rationali patiens est.*
137.

QVÆSTIO XXIII.
De Differentia Passionum.

Art. Quatuor Articulis animarum Passio differt.

1. *Passio stat concors Irascens atq; Cupiscens.*
2. *Quæ cupit, hæc pugnare potens Objecta revolvit,*
Irascens sed plura petit, vult namq; recessum
A puncto, aut accessum, sic contraria pugnant.
3. *Ira nisi pugnans, refugit contraria quæq;.*
4. *Iste amat, ille odit, desiderat, hic fugit, ille*
Gaudet, tristatur, cupientia singula pugnant.
Sperans, desperans, timor ac audacia, & ira
Quatuor oppugnant se se, mitescit at ira.
141.

QVÆ-

QUÆSTIO XXIV.

De Bonitate vel malitia passionum.

Art. Quatuor inquirunt, bona, vel mala passio sitné?

1. *Passio stat ratione vigens bona, velq; maligna*
Sensu morali, naturæ haud convenit istud.
2. *Passio non omnis moraliter esto maligna.*
Sed contra & præter rationis Iudicium stans.
3. *Subdita sic, addit, minuit bona, vel mala quæq;.*
4. *Non ex natura sui est bona, velq; maligna.*
Hæc refer ad mores, vel vim ratione volentem.

145.

QVÆSTIO XXV.

De Ordine Passionum.

Art. Quatuor Articulis constabunt ordine Passæ.

1. *Irascens, patiens, media est inter cupientes,*
Hanc movet incipiens, sed terminat ipsa quiescens.
2. *Quod cupis, illud amas, cupiens est passio prima.*
3. *Spes bona respiciens, irati est passio princeps.*
4. *Gaudia, tristitiæ, timor, & spes, quatuor ista*
In passis regnant, diversos ducta per ortus.

149.

QVÆSTIO XXVI.

De Amore.

Art. Quatuor Articuli patienti dantur amori.

1. *Cum sensûalis amor sensûali in parte manens sit*
Intellectivis residebit parte volente.
2. *Concupiendus amor dicatur passio vera,*
Sed commune datur nomen ratione regendo.
3. *Appetit ut pars sensûalis, dilectio, amorq;*
Sunt iddem, dilectio ni Eligere addat ad illum.
4. *Concupiendus amor sibi vult, sed amicus amico.*

153.

QVÆSTIO XXVII.
De Causa amoris.

Art. Quatuor Articulis Causæ clauduntur amoris.

1. *Omne bonum cupiendum est, hinc causabit amorem.*
2. *Hunc etiam causant apprênsio, cognitioq;.*
3. *Si simile aspicias, scito, causabit amorem.*
4. *Passio causat eum nulla, excipe pignus amoris.*

157.

QVÆSTIO XXVIII.
De Effectu amoris.

Art. Senis conclusus punctis effectus amoris.

1. *Vnio connectens verè est effectus amoris.*
2. *Quisquis amat, vel amatur, tali amor hæret utriq;.*
3. *Est effectus amoris amicitiæ Ectasis ipsa.*
4. *Zelum si reputes, etiam est effectus amoris.*
5. *Omnis amor lædit, sed læsio summa nocivi.*
6. *Omne docetur amans, operari propter amorem.*

163.

QVÆ.

QVÆSTIO XXIX.

De Odio.

Art. Articulis ſenis odium concluditur omne.

1. *Cauſat amare bonum, cauſatq; odîſſe malignum.*
2. *Vis Odia enaſci, certè naſcuntur amore.*
3. *Omnia vincit amor, quandoq; odîſſe triumphat.*
4. *Simpliciterq; impoſſibile ut quis ſe oderit ipſum.*
5. *Verum ut ſic, odîſſe nefas, fas particulare.*
6. *Intra odium, ſpecies, numerus contraria ponunt.*

169.

QVÆSTIO XXX.

De Concupiſcentia.

Art. Quatuor Articulis conſtat concluſa Cupido.

1. *Appetit ut ſenſus, manet illi adjuncta cupiſcens.*
2. *Paſſio diverſa eſt à delectante & amore.*
3. *Eſt naturalis communis bruto hominiq;,*
   Eſt etiam major, ratione ſupraq; laborans.
4. *Infinita actu prior eſſe Cupido repugnat,*
   Majori juxta rationem terminus abſit.

173.

QUÆSTIO XXXI.

De Delectatione.

Art. Octo connumerabit delectatio membra.

1. *Delectare ſequens animalem eſt paſſio motum.*

2. *Hoc nisi transmutet, nunquam sub tempore fiet.*
3. *Solus gaudet homo, delectat bruta voluptas,*
Ac homines, per quod distingvi constat utrumq;.
4. *Delectans etiam residens est in ratione.*
5. *Plùs delectatur ratio, quàm sensus in omni.*
Sed corpus vitâ hac vehementiùs urget in illo:
6. *Plùs visus delectat, tactus fortiùs urget.*
7. *Est quiddam, quod naturâ delectat habentem.*
8. *In delectandis quædam contraria sunto.*

181.

QVÆSTIO XXXII.

De *Causa delectationis.*

Art. Articulis octo Delectans causa tenetur.

1. *Omninò sequitur Delectans post operari.*
2. *Sæpe facit motus, quòd delectemur in illo*
3. *Delectare etiam causat spes, cum memoranda.*
4. *Et mæror, bona vel mala dum reminiscitur ipsa.*
5. *Delectant etiam acta aliorum in pignus amoris.*
6. *Hoc quoq; delectat, cùm quis benefacta revolvit.*
7. *Dum simili causatur amor, delectat id ipsum*
8. *Dum quis miratur sperans miranda scienda.*

189.

QUÆSTIO XXXIII.

De *effectibus Delectationis.*

Art. Effectus delectandi vult membra quaterna.

1. *Dila-*

1. *Dilatare facit delectans singula quæq;.*
2. *Non præsens memorata, sitim sûi excitat amplam.*
3. *Ex ratione sequens delectans, adjuvat ipsam,*
Carnea multimodè rationis deprimit usum.
4. *Perficiturq; operans, dum delectatur in usu.*

193.

QUÆSTIO XXXIV.

De bonitate vel malitia delectationis.

Art. Sit bona, vel mala delectatio? quatuor urgent.

1. *Est bona de ratione sequens, contraria prava.*
2. *Vt per se bona, seu aliquâ pro parte tenetur,*
Sic mala simpliciter, vel parte probatur habenda.
3. *Possibilis quædam est humanis optima dici.*
4. *Delectare bonos facit in moralibus esse,*
Seu homines pravos, velut illo quisq; quiescit.

197.

QVÆSTIO XXXV.

De Tristitia.

Art. Octo Tristities membris conclusa manebit.

1. *Tristitia apprêndit mala & inde est passio vera.*
2. *Corporeum propriè à Tristi, distingve dolorem,*
Sed commune dabit Tristem genus, hoc ad utrumq;.
3. *Tristis cum delectanti, contraria ponunt.*
4. *Idq; genus juxta, speciem quoq;, si sit ad iddem.*
Sed si diversum, nunquam pugnantia fient.

5. *Dum delectatur, contemplans mæror abibit.*
6. *Delectans toto, Mæror pro parte tenetur,*
Vrgeat inde magìs delectans, quàm fuga mæſti.
Non contingenter, ſed naturaliter hoc ſtat.
7. *At dolor interior, ſuperans eſt exteriorem.*
8. *Anxietas, Acedia, & Invidia, ac miſereſcens.*
Triſtitiæ ſpecies ſumptæ ſunt ſorte quaternâ.
205.

QVÆSTIO XXXVI.
De cauſis *Triſtitiæ.*

Art. Quatuor Articuli cauſis ſunt Triſtitiarum.

1. *Plùs quàm amiſſa bona, adverſi eſt conjunctio triſtis.*
2. *Concupiens, non per ſe, aliquando eſt cauſa doloris*
3. *Concupiendo unum, conſurgunt triſtia multa.*
4. *Hoc facit & major nunquam excutienda poteſtas.*
209.

QVÆSTIO XXXVII.
De *Effectibus Triſtitiæ.*

Art. Triſtitiæ effectus depoſcunt membra quaterna.

1. *Aufert, ac minuit dolor addiſcentibus omne.*
2. *Triſte malum præſens, animæ grave, corpora laſſat.*
3. *Confer opus triſtis cum objectis, impedietur,*
Si ſit ut effectus, tunc auctum perficietur.
4. *Paſſio nulla magìs carnem, quàm triſtia ſiccant.*
213.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVIII.

De *Remedio Tristitiæ.*

Art. Tristibus Articuli tantisper quinque medentur.

1. *Tristitiam minuens est delectatio quævis.*
2. *Hanc etiam flendo atq; gemendo comprimis aptè.*
3. *Comprimiturq; dolor, si compatiatur amicus.*
4. *Contemplans verum, lætatur, tristia pellit.*
5. *Balnea cum somno, medium sunt tristibus aptum.*

218.

QVÆSTIO XXXIX.

De *bonitate vel malitia Tristitiæ.*

Art. Tristitiæ bonitas vel non conclusa quaternis.

1. *Est mala tristities, bona, si tristêre maligno.*
2. *Cum bona sit, rectè dicetur talis honesta.*
3. *Tristitia evitare malum docet, utilis ergo est.*
4. *Non mala summa homini sunt, tristitiesq;, dolorq;.*

222.

QVÆSTIO XL.

De *Spe & Desperatione.*

Art. Articulis octo spes, desperatio, gaudent.

1. *Ardua spes deposcit habere, hinc inde cupido*
Cum desiderio, condistingvuntur ab illa.
2. *Appetere inducit spem, desperatio nunquam.*
3. *Interdum brutis etiam spes convenit ipsa.*

4. Inter

4. *Inter ſe, contrà, Spes, Deſperatio pugnant.*
5. *Experientia eam gignit, quandoq; minorat.*
6. *Ebrius, & ſtultus, juvenis, ſpe paſcitur amplâ.*
7. *Interdum cauſat, cauſatur ſpes ab amore.*
8. *Naſcitur atq; juvatur ab hac operatio quævis.*

230.

QVÆSTIO XLI.
De *Timore.*

Art. Quatuor Articulis ſegnem conclude timorem.

1. *Corpora tranſmutans timor, ipſe eſt, Paſſio vera.*
2. *Eſtq; futurorum, reliquis diſtingvitur ergo.*
3. *Naturæ, & non naturæ convincitur eſſe.*
4. *Admirans, ſegniſq;, verecunduſq;, rubeſcens*
Tum ſtupor, acris agonia, ſunt ſpeciale timoris.

234.

QVÆSTIO XLII.
De Objecto Timoris.

Art. Objectum Articulis in ſex conclude timoris.

1. *Reſpicit ille malum per ſe, bona ſæpe vacillant.*
2. *Naturæq; malum non reſpicit abſq; propinquo.*
3. *Culpa voluntatem poſcit, pellitq; timorem.*
4. *Ortus ab externis cauſis timor, ipſe timetur.*
5. *Cuncta repentè magis, quàm cætera lenta timentur.*
6. *Quæ facilè evitare nequis, magis illa timeto.*

240.

QVÆ-

QUÆSTIO XLIII.
De *causa timoris.*

Art. Articulis binis conclusa est causa timoris.

1. *Est amor ipse rei, pro qua stat, causa timoris.*
2. *Efficit ac virtus cum robore sæpe timorem.*

242.

QUÆSTIO XLIV.
De *effectibus timoris.*

Art. Quatuor Articulis effectum claude timoris.

1. *Contrahitur corpus morienti, visq; timenti.*
2. *Solicitus, faciens, timidus, dant consiliantes.*
3. *Qui timet, ille tremit, sic nascitur unus ab altro.*
4. *Non dat opus conflare timor, namq; organa turbat.*
Consilium tribuit moderans, contrarius aufert.

246.

QUÆSTIO XLV.
De *Audacia.*

Art. Quatuor Articulis audacia clauditur in se.

1. *Audax, & timidus, secum contraria sunto.*
2. *Consequitur semper spem audacia, sed vehementem.*
3. *Verùm defectu nullo causabitur illa.*
4. *Principio audaces fervescunt, fine tepescunt,*
Fortes è contrà, sub finem fortiùs instant.

250.

QUÆSTIO XLVI.

De *Ira*.

Art. Articulis octo concludi postulat Ira.

1. *Passio multarum mater non dicitur ira,*
Est nisi concursu multarum, passio grandis.
2. *Sint bona, sintq; mala objecta, ambo respicit ira.*
3. *Irato residens sensu non concupienti.*
4. *Non tamen interdum consurgens abs ratione.*
5. *Hæc homini cuivis sit naturalior ira*
In specie, ac individuo, generiq; cupido.
6. *Est odio objectum gravius præ qualibet ira?*
7. *Iustitiæ vindicta patet, quam respicit ira.*
8. *Tres species, Furor, & mania, & fel, dantur eidē.*
258.

QVÆSTIO XLVII.

De *causis & remedijs iræ*.

Art. Iræ cum medijs causæ dant membra quaterna.

1. *Ira movet bilem, quicunq; irascitur altri.*
2. *Iram despectus movet, atraq; pensio parvi*
3. *Irato motum facit excellentia, sed si.*
Dispositum quæras, defectus trudit in iram.
4. *Quò magè quis minor est, hoc plùs irascimur illi.*
262.

QVÆ-

QVÆSTIO XLVIII.
De Effectibus Iræ.

Art. Quatuor Articulos tribuas effectibus Iræ.

1. *Delectat vindicta homines, hoc efficit ira.*
2. *Sangvine succenso, succendit mollia corda*
3. *Iudicium turbat rationis, in omnibus ira.*
4. *Ore tacere facit multos, adimitq; loquelam.*
266.

QVÆSTIO XLIX.
De habitibus in Generali.

Art. Quatuor Articulis habitus concludere præstat.

1. *Est habitus qualis, tacitè minimèq; movendus.*
2. *Constituens speciem primam, ut disponere cum illo*
3. *Principium est actûs, ideo confertur ad illum.*
4. *At mensura habitus plures petit enumerari.*
270.

QVÆSTIO L.
De subjecto Habituum.

Art. Articulos senos habitûs subjecta requirunt.

1. *Corporibus veluti subjecto habitum esse negato,*
Ordo ad opus si sit, tamen illum forma requirit.
2. *Est animæ velut in subjecto, in parte potente,*
3. *Dum sensus natura operatur, non habet illum,*
At ratione operans, idem bene postulat ipsum

4. *In ratione manent aliqui, ut sapientia, scire.*
5. *Inq; voluntate esse habitus, ut Iustitiam, stat.*
6. *Angelus ad naturam illis caret, ast habet idem,*
Si Dominum contendit amans attingere rectè.

276.

QUÆSTIO LI.

De causis habituum.

Art. Quatuor Articulis Habitus causantur in ESSE.

1. *Dat Natura habitum primorum principiorum.*
2. *Ac illum generant etiam actus multiplicati.*
3. *Virtus vult plures actus, caro sistit in uno.*
4. *Infundiq; supra se aliquos natura reposcit.*

280.

QUÆSTIO LII.

De Augmento Habituum.

Art. In tribus Articulis habitus augere necesse.

1. *Suscipiunt habitus augmentum, vel minuuntur.*
2. *Fortiùs hærendo augentur, nil addere curant,*
Attamen addendum, quid sola scientia poscit.
3. *Quilibet actus eos intensus crescere præstat.*

283.

QUÆSTIO LIII.

De Diminutione Habituum.

Art. In tribus Articulis pereunt, vel diminuntur.

1. *Cor-*

1. *Corruit ille habitus, cui stat contrarius alter,*
Vel cûi subjectum substans, contraria ponit.
2. *Causæ quæ perimunt habitus, etiamq; minorant*
3. *Non semper, quandoq; tamen cessando fatiscunt.*
286.

QUÆSTIO LIV.
De distinctione Habituum.

Art. Quatuor Articulos Habitus distingvere constat.

1. *Est habitus sustentans una potentia plures.*
2. *Principium, natura, objectum dividit illos.*
3. *Ad naturam hominem aût supra disponere dantes*
Aût infra, suppone bonosq; malosq;, vocandos.
4. *Est habitus simplex unus, non pluribus auctus.*
290.

QUÆSTIO LV.
De Virtutibus in Communi.

Art. Quatuor Articulis virtutum essentia sistit.

1. *Est habitus Virtus, nam est perfectiva potentes,*
2. *Hæc etiam humanam semper docet esse operantem.*
3. *Est habitus bonus, ac operans bona quolibet actu.*
4. Est bona Qualeitas mentis, quâ vivitur aptè.
Et malè nullus habens quâ scilicet utitur, atq;
Quam Deus in nobis, sine nobis, causat abundè:
Tradita virtutis constat descriptio recta.
294.

QVÆSTIO LVI.

De subjecto virtutum.

Art. Articulis senis Virtus subjecta recenset.

1. *Virtutis subjectum humana potentia verum est.*
2. *Vnam Virtutem non fas in pluribus esse*
   Mutuus ordo nisi deposcat participandas.
3. *Non intellectus per se valet absq; volentis*
   Ordine, subjectum virtutibus esse receptis.
4. *Irascens, Cupiens, non ex se, sub ratione.*
5. *Virtuti apprênsivam vim substare negatur*
6. *Iustitiæ ac alijs gaudet substare voluntas.*

300.

QUÆSTIO LVII.

De distinctione Virtutum Intellectualium.

Art. Senis Intellectúàles distingvito membris.

1. *Vim tribuunt operis Virtutes, quæ speculantur,*
   Sed non contribuunt, habitu benè scilicet uti.
2. *Scire intelligere, ac sapientia mente tenentur.*
3. *Ars veluti reliquæ præstat tantùm vim operandi.*
4. *Virtus condistincta manet Prudentia, ab Arte.*
5. *Vt benè vivatur, Prudentiam adesse necesse.*
6. *Adjunctæ Synesis, Gnomè, ac Eubulia sunt tres.*

306.

QVÆ-

QUÆSTIO LVIII.

De Distinctione Intellectualium à Moralibus.

Art. Quinque illas condistingvunt moralibus aptè.

1. *Non omnis Virtus Moralis dicitur esse.*
   Præter eas quæ sustentantur vi cupienti.
2. *Appetere à mente ut, virtus distincta maneto.*
3. *Virtutum, Mores ac Mens, divisio recta.*
4. *Virtutes Moris sine stant Mentalibus aptè,*
   Non absq; intellectu, vel prudentibus actis.
5. *Mentales itidem sine stant Moralibus aptè,*
   Sed quævis petit, ut Prudentia recta gubernet.

311.

QUÆSTIO LIX.

De Distinctione Virtutum à Passionibus.

Art. Mores à passis distingvunt quinque cothurni.

1. *Est habitus Virtus, sed nunquam passio dicta.*
2. *Passio prava nequit cum omni Virtute manere.*
   Sic tamen è contra rationi consona, stabit.
3. *Tristities moderans virtuti compatiens est,*
   De adversis nunquam, sed de ratione regendis.
4. *Non omnis Virtus Moralis passa requirit.*
5. *Quæq; operam dicunt, illis est passio nulla.*

316.

QVÆ-

QVÆSTIO LX.

De distinctione Moralium ad invicem.

Art. Morales quinque Articulis distingvito secum.

1. *Multiplicato Objecto Virtus multiplicanda.*
2. *A passis distare dabunt objecta operantes.*
3. *Summus apex Operativarum Iustitia esto,*
Sed plures ejus species objecta requirunt.
4. *Non est Moralis passivorum unica Virtus*
Sed plures poscunt, demas contraria tantùm.
5. *Passio distingvit species Virtutibus aptas,*
Objectis, quoties, rationi consimilantur.

321.

QVÆSTIO LXI.

De Virtutibus Cardinalibus.

Art. Articulos quinos Virtutes Cardinis optant.

1. *Solæ Morales Virtutes cardine gaudent.*
2. *Sunt Prudens, Iustum, sunt Fortia, Temperiesq́ȝ.*
3. *Cardinis hæ solæ ut Generales nomina portant.*
4. *Ac omnes per materiam differre memento.*
5. *Et sunt Civiles, alias purgantibus adde,*
Iam purgati animi, exemplares intitulandas.

326.

QVÆSTIO LXII.

De Virtutibus Theologicis.

Art. Quatuor Articulis Virtus stat Theologizans.

1. *Præter Morales naturam respicientes,*
Dantur Virtutes infusæ Theologatæ.
2. *Moribus, ac menti, speciem dabis alteram ab illis.*
3. *Tresq́, Fides, tantùm, Dilectio, Spes numerantur.*
4. *Ordine perfecti remanet Dilectio prima,*
Sed dum gignuntur, præcedit Spesq́ Fidesq́.

330.

QVÆSTIO LXIII.
De Causa Virtutum.

Art. Clauditur Articulis Virtutum Causa quaternis.

1. *Virtutes Natura parit, sed principiando,*
Perficit has usus, Divinas dat Deus ipse.
2. *Perq́ frequentatos actus generantur eædem.*
3. *Morales etiam donantur sede supernâ.*
4. *Infusæ distant ab ijs, quas quærimus ipsi.*

334.

QVÆSTIO LXIV.
De Medio Virtutum.

Art. Quatuor Articulis medium Virtutis abundat.

1. *Stat Virtus medio, excedit, nec deficit unquam.*
2. *Hocq́ rei medium dicendum, non rationis.*
3. *Intellectûalis medio contenta quiescit.*
4. *Divinæ medio sistunt nostrî ratione,*
Quò propiùs Domino accedunt, sunt Nobiliores.

338.

QVÆSTIO LXV.

De Connexione Virtutum.

Art. Articulis quinis Virtutum nexus habetur.

1. *Virtutes morum nectuntur in ordine compto.*
2. *Diligit haud Virtus quæsita, infusa sed ipsa.*
3. *Dum Dilectio confertur, reliquæ attribuuntur.*
4. *Absq; hac nec perfecta fides, nec spes erit unquam.*
5. *Spe sine, tumq; fide, nunquam Dilectio stabit.*

343.

QVÆSTIO LXVI.

De Æqualitate Virtutum.

Art. Sex petit Articulos Virtus æqualis habere.

1. *Virtus ut specie distans, majorq; minorq; est,*
Non minor aut major, specie contenta sub una.
Vni homini tempus diversum æqualia tollit,
Pluribus atq; magis, melior manet unus ab altrô.
2. *Virtutes simul existentes participabunt*
Subjectum ex æquo, speciem differre memento.
3. *Appetere ut ratio superat, Virtutibus iddem*
Convenit, ut præstent mentales moribus ipsis.
4. *Iustitia est inter Morales celsior omni,*
Fortia dans post hanc, comitatur Temperies has.
5. *Maxima Virtutum Sapientia, mentis alumna.*
6. *Inter Divinas, præstat Dilectio cunctis.*

349.

QVÆ-

QUÆSTIO LXVII.

De Duratione Virtutum in Patria.

Art. In Patria durant Virtutes Articulis sex.

1. *Morales aderunt Sanctis sine materiali,*
2. *Intellectuales etiam, phantasma peribit.*
3. *Visio clara fidem totam depellet abinde.*
4. *Cumq; bonum jam possideatur, spes vacuanda.*
5. *Sicq; spei, fidei, succedent cognitiones.*
6. *Maxima Virtutum dilectio sola manebit.*

355.

QUÆSTIO LXVIII.

De Donis Spiritûs Sancti.

Art. Articulos Octo numeres, & dona tenebis.

1. *Convenit hoc virtus cum dono, habitus quòd utrūq;*
Perficit omne hominē donū sub Flamine Sancto, (est;
Perficit ac illum Virtus, ratione regendo.
2. *Dona Deo adducunt homines, hinc jure necessa.*
3. *Sunt habitus, per quos inspirat Spiritus almus.*
4. *Sunt septem: Sapientia, scire, intelligere, atq;*
Consilium, tum Forte Valens, Pietasq; Timorq;.
5. *Hæc nectit Dilectio, prout Prudentia mores.*
6. *Materies perdetur eis, substantia nunquam.*
7. *Ordine condigno, numeravit dona Propheta.*
Simpliciter, per se se juxta materiamq;.
8. *Divinæ, donis virtutes sunt potiores,*

Attamen hæc præstant cunctis moralibus ipsa.

363.

QUÆSTIO LXIX.

De Beatitudinibus.

Art. Quatuor Articulis sistunt benefacta beata.

1. *Distant à Donis, virtutibus, acta beata,*
Qualiter actum, interq; habitum, distinctio surgit.
2. *Præmia compromissa illis stant hícq;, poloq;,*
Incipiunt etenim terris, complentur in astris.
3. *Sat benè per Dominum numerantur facta beata.*
4. *Præmia proq; illis traduntur convenienter.*

367.

QUÆSTIO LXX.

De Fructibus Spiritûs Sancti.

Art. Quatuor Articulos perlustrans, collige fructus.

1. *Actus humani, fructus sunt Flaminis Almi.*
2. *Acta beata haud æquant, hinc distinctio manat.*
3. *Bissenos fructus Paulus benè dinumeravit.*
4. *Hi sunt pugnantes contra carnalia facta.*

371.

QUÆSTIO LXXI.

De Vitijs & Peccatis.

Art. Naturam Vitij lustrant senaria membra.

1. *Peccatum, & Virtus secum contraria sunto,*
Sed Vitium propriâ semper ratione repugnat.

2. Con-

2. *Contra naturam est hominis, ratione peremptâ.*
3. *Est pejor vitij naturâ, actus vitiosus,*
4. *Peccatum mortis, virtuti compatiens est.*
Quæsitæ, non infusæ, veniale stat ipsum.
5. *Esse potest omissio, quæ non dicitur actus.*
6. *Peccatum est: dictum, factum, vel con-que-cupitum*
Æternæ Domini legi per cuncta repugnans.
377.

QUÆSTIO LXXII.

De distinctione Peccatorum.

Art: Peccatum mansit distinctum in membra novena.

1. *Est peccati actus, specie distinctus ab altro.*
Ex actu speciem, ac objecto, percipit omnem.
2. *Dividitur carnis peccatum, ac spirituale.*
3. *Fines, non causæ, distingvunt singula quæq;.*
4. *Inq; Deum, Fratrem, se se, peccatur & ipsum.*
5. *Peccati speciem minime distingve reatu.*
6. *Vno ex fonte rapit, donare recusat avarus,*
Et sic omittens, committens pugnat utroq;.
7. *Os, cor, opus, species vitiorum propria sunto.*
8. *Dat speciem culpis excedens, deficiensq;.*
9. *Constituit speciem non, Circumstantia facti,*
Sit nisi diversis motivis, fineq; sumpta.
386.

QUÆSTIO LXXIII.

De Comparatione Peccatorum adinvicem.

Art. Denis Articulis culpas secum æquiparabis.

1. *Peccata inter se contraria nectis ineptè.*
2. *Omnia non possunt inter sese æquiparari.*
3. *Objectum tribuens speciem, gravitate valescit.*
4. *Majori Vitio Virtus contraria major,*
   Interdum potis est major superare minora.
5. *Peccatum carnis, minus accipe spirituali,*
   Attamen in Carnalibus est infamia major.
6. *Est gravius Crimen, finis quando aggravat illud,*
   Iudicium minuit rationis id, atq; voluntas.
7. *Peccatum gravius dat Circumstantia facti.*
8. *Qui videt, interditq; nocere, magè aggravat illud:*
   Qui videt, intendens minimè, non tam aggravat ipsũ,
   Atq; minùs, qui non intendit, nec videt illud.
9. *Persona, in quam peccatur, gravat omnia facta.*
10. *Conditio peccantis prægravat, atq; volentis,*
    Emineat si alijs, virtus gravitare negatur.

396.

QUÆSTIO LXXIV.

De subjecto peccatorum.

Art. Articulis denis culpæ subjecta tenebunt.

1. *Principium est culpæ, ac subjectum, prava voluntas.*
2. *Sed non sola; potentia substat sæpe malignis*

3. *Subq;*

3. *Subq; volente manens sensus peccata reportat.*
4. *Non mortale tamen fient, nam dissidet ordo.*
5. *Mente manet crimen debente, aut scire potentè,*
Vel quando imperitat, neq; consilianda repellit.
6. *Delectare morans consistit sub ratione.*
7. *In ratione suprema stat consensus in actum,*
At delectantem tantùm inferiora tenebunt.
8. *Esse potest consensus delectans sine culpa.*
9. *Ad veniale datur consensus parte supremâ.*
10. *Sit nisi consensus mortali sistet in illa,*
Vrget si inferior mortalia, peccat & ista,
Si veniale petit, venialiter istaq; peccat.
406.

QUÆSTIO LXXV.
De Causa Peccatorum in Communi.

Art. Quatuor Articulis peccati causa tenetur.

1. *Actum peccati causari singula monstrant,*
Causa hæc ut removens, prohibens vocitabitur ipsa.
2. *Immediatæ ejus causæ, ratio atq; voluntas,*
Sensûs appetere, ac apprēnsio, sunt mediatæ.
3. *Exterius quiddā movet ad culpam, aut minùs urget.*
4. *Vnum non rarò crimen causatur ab altro.*
410.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXVI.

De Cauſa peccati ex parte Ignorantiæ.

Art. Quatuor Articulos ignorans cauſa requirit.

1. *Ignorantia non quævis ſtat crimina ferre,*
Sed per quam tota aufertur noſcentia recti.
2. *Non vincenda tamen minimè, vincenda ſat aptè.*
3. *Concomitans actum, peccat, non ſolvit ab illo;*
Quæ cauſa eſt actûs, ſolvit, ſed non tamen omnis;
Ac tantùm, cùm quis minimè quid ſcire tenetur.
4. *Peccatum volita ex ſe augent, contraria curtant.*

414.

QUÆSTIO LXXVII.

De cauſis peccatorum ex parte appetitûs ſenſitivi.

Art. Appetere in ſenſu, culpas producit in octo.

1. *Directè minimè ſenſus trahit, atq; volentem,*
Vim fert in culpam, tantùm ratione peremptâ.
2. *Paſſio ſensûalis rationem turbat apertè,*
Diſtrahit, & movet ad contraria, corpora mutat.
3. *Paſſio quæ cauſat culpas, infirma vocanda.*
4. *Indiſcretus amor sûi, culpæ eſt principium omnis.*
5. *Cauſat peccatum quodvis, Cupientia triplex:*
Si caro, ſiq; oculus cupit, atq; ſuperbia vitæ.
6. *Paſſio præcedens minuit peccata ſecuta:*
Auget concomitans, quò fit vehementior ipſa.
7. *Paſſio quæ rationem abſorbet, libera culpis,*

Sed

Sed volita haud minuit culpas, ſuper auget at ipſas.
8. *Paſſio nonnunquam mortalia crimina gignit.*

422.

QUÆSTIO LXXVIII.

De cauſa peccatorum ex parte voluntatis ſeu ex certa malitia.

Art. Quatuor Articulis peccans eſt certa malignans.

1. *Hæc datur, ut quando ſcimus, quæ ſcire tenemur.*
2. *Taliter ex habitu peccans : peccare putandus.*
3. *Hoc non ex habitu naſci dant, Dæmon, Adamq́.*
4. *Eſt gravius crimen, quàm cauſat paſſio quævis.*

426.

QUÆSTIO LXXIX.

De cauſa peccati ex parte Dei.

Art. Anné Deus cauſet culpas? perquire quaternis.

1. *Cauſa Deus nunquam peccati dicitur eſſe.*
2. *Deficit ipſa creatura, at DEVS Ens facit omne.*
3. *Induratq́, Deus, cœcat, dum dona reſorbet.*
4. *Hæc ſemper damnant, tribuunt nullamq́, ſalutem: Ex miſerente Deo, quidam non ſæpè reſurgunt.*

430.

QVÆSTIO LXXX.

De cauſa peccati ex parte Dæmonis.

Art. An dæmon cauſet crimen? conclude quaternis.

1. *Directè, vel quod satis est, non causat id ipsum.*
2. *Immutare potest phantasma, intusq; movere.*
3. *Non infert homini Dæmon peccare necesse.*
4. *Ad primam culpam Dæmon tentavit Adamum, Singula sed peccata tamen non suggerit idem.*

434.

QVÆSTIO LXXXI.

De causa peccati ex parte hominis, seu de Originali.

Art. Causat homo peccatum, in membris quinq; tenetur.

1. *Primi hominis primum crimen traducitur in Nos.*
2. *Hoc solum stravit naturam, cætera non sic.*
3. *Omnis homo commune malum pertraxit ab illo, Excipitur Christus, solus nam liber ab ipso.*
4. *Prodeat in mundum si quis non per genituram, (Nascimur ut cuncti,) culpâ sine Originis esto.*
5. *Culpaq; non esset, si non peccâsset Adamus Conjuge peccante, illâ non peccante fuisset.*

439.

QVÆSTIO LXXXII.

De Essentia Originalis peccati.

Art. Quatuor Articulos Essentia originis adfert.

1. *Est habitus, veluti langvor, privantia sectans.*
2. *Omnibus est unum, subjectis multiplicatur, Vni homini est unum tantum, numeroq; modoq;.*

3. Iu-

3. *Iustitiæ primæ privatio, forma sit illi,*
Materies autem, minimè discreta cupido.
4. *Omnibus est iddem, ac æqualiter afficit omnes.*
443.

QVÆSTIO LXXXIII.

De subjecto Originalis peccati.

Art. Quatuor Articulis ejus subjecta revolve.

1. *Subjectum est anima illius, non corpora nostra,*
Causaq́, primus Adam est, instrumentū Caro, semen.
2. *Est animæ subjectum primum, essentia tota.*
3. *Post hanc, inficitur peccato prima voluntas.*
4. *Nulla potentia non infecta est crimine primo,*
Sed generans, cupiens, tactus, magis inficiuntur.
447.

QVÆSTIO LXXXIV.

De causis peccatorum, prout unum, aliud causat.

Art. Quatuor Articulis unum causatur ab altro.

1. *Est omnis vitij fons, semper avara Cupido.*
2. *Principium peccati, etiamq́, superbia dicta.*
3. *Crimina præter eas manant de fontibus altris.*
4. *Suntq́, Superbia, Avaritia, improba Luxuriesq́,*
Invidia, Ira, Gula, ac Acedia, in ordine septem.
451.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXXV.
De effectibus peccati.

Art. Peccati effectus membris sex enumerantur.

1. *Peccatum, justum totaliter abstulit esse,*
Sed naturales vires non abstulit illud,
Virtutis studium lassat, minuitq; potenter.
2. *Naturale bonum nunquam totaliter aufert.*
3. *Ignorans, Infirmus, tum Malus, atq; Cupiscens,*
Vulnera naturæ ex peccatis quatuor orta.
4. *Tollitur in culpa species certa, ordo, modusq;*
5. *Mortem, ac naturæ defectus attulit iddem,*
Vt removens prohibens, non se se causa per ipsum.
6. *Mors cum defectu, Naturæ convenit omni,*
Non juxta numerum, speciẽ tamen, & penes ipsam.

457.

QVÆSTIO LXXXVI.
De Macula peccati.

Art. Peccati maculam membris conclude duobus.

1. *Translatè maculam peccati dicimus esse.*
2. *Non perit hæc, donec peccatum gratia tollat.*

459.

QUÆSTIO LXXXVII.
De reatu peccati.

Art. Articulis octo pœnæ conclude reatum.

1. *Ordinis inversor peccat, pœnamq; meretur.*

2. *Cri-*

2. *Crimen non per se, sceleris pœna alterius fit.*
3. *Æternam inducit, per quod dilectio læsa.*
4. *Debita peccato pœna, infinita vocatur*
Parte unâ, ex alia, rectè finita vocanda.
5. *Quæ contraria amori sunt, his pœna paratur*
Æterna, ast alijs præter, pro tempore certo.
6. *Deletâ culpæ maculâ, restare reatum*
Est certum, non pœnæ, verùm sat faciendi.
7. *Omnis pœna datur pro culpis, sive tuæ sint,*
Seu etiam alterius, per se, vel origine tractæ.
8. *Pœna satisfaciens pro culpis, alterius fit*
Sæpe voluntate assumpta, aut tribuens medicinam:
Pro culpis proprijs punit Deus ipse Supremus.

467.

QVÆSTIO LXXXVIII.

De Peccato Mortali & Veniali.

Art. Mortale ac Veniale requirunt Articulos sex.

1. *Per mortem, ac veniam, crimen distingvitur omne.*
2. *Differt à Venia crimen mortis genere ipso,*
Sæpe tamen veniam crimen mortale subibit,
Et Veniale dabit mortalia crimina sæpè.
3. *Ad mortem veniæ haud disponunt, simpliciter dic,*
Sed tantùm removent prohibens, quandoq; per actû.
4. *Fiet mortale ex Veniali, aut pluribus unum.*
5. *Constituens peccati circumstantia formam*
Mortale ex Veniali importat, rariùs autem.

6. *Mortale ad Veniale adjectum, prægravat illud,*
Et Veniam mortale facit, dum haud perficit actum.

473.

QVÆSTIO LXXXIX.
De Peccato Veniali.

Art. Peccatum Veniale petit senaria membra.

1. *Non ponit maculam Veniale nitore tepescens.*
2. *Per fœnũ, stuppã, lignũ, hoc benè Paulus adumbrat.*
3. *Ponere primus homo crimen veniale nequivit*
Ante scelus mortis, Paradisi limine sistens.
4. *Angelus in cælo Venialia nulla patrabit,*
Gratia nam firmat, Dæmon mortalia gignit.
5. *Motus sensûales primi, mortalia non sunt,*
Et nisi consensus conjunctus perficit ista.
6. *Hoc Veniale, & Originis, insimul esse repugnat,*
Sit nisi mortalis primò tunc culpa patrata.

579.

QVÆSTIO XC.
De Legibus.

Art. Quæstio dans Leges comprêndit membra quaterna.

1. *Regula cum sit lex, mensuraq; in actibus ipsis*
Humanis, summâ rationis sede locanda est.
2. *Ad commune bonum justo omnes ordine ducit.*
3. *Et non omnis eam at Princeps, Respublica condit.*
4. *Obliget ut populos Lex, promulganda necesse est.*

483.

QVÆ-

QVÆSTIO XCI.

De divisione Legum.

Art. In sex Articulis Legum divisio sistit.

1. *Lex Æterna datur, ratio Divina gubernans.*
2. *Hanc quoq; participat Lex naturalis in orbe.*
3. *Præter eas, humana datur, quæ dirigit omnes,*
4. *Et Divina datur, ducens ad Regna Beata.*
5. *Est hæc una nisi, quæ dicta Antiqua, Recensq;.*
6. *Lex etiam carnis pœnalis dicitur esse.*

489.

QUÆSTIO XCII.

De effectibus Legis.

Art. Effectus Legum membris subsiste duobus.

1. *Simpliciter, vel parte bonos Lex efficit omnis.*
2. *Imperat, & prohibet, permittit, punit iniquos.*

491.

QUÆSTIO XCIII.

De Lege Æterna.

Art. Articulis claudi senis Æterna petit Lex.

1. *Est Æterna Dei ratio, lex summa vocanda.*
2. *Hanc novit, quisquis rationis lumine gaudet,*
3. *Lex comitans rationem ex hac deducitur omnis.*
4. *Omne creatum illi subjectum est cuncta regenti.*
5. *Naturalia, contingentia, subde sub illam.*

6. Res

6. *Res etiam Humanæ semper subduntur eidem.*

497.

QVÆSTIO XCIV.

De Lege Naturali.

Art. Sex Naturalis poscit Lex membra tenere.

1. *Lex naturæ, habitus propriè non dicitur esse.*
2. *Plura licet dicat, sed sunt collata duobus ;*
Fac bona, tum quæcunq; mala evitare memento.
3. *Actus Virtutum generaliter hac quoq; sistunt,*
Attamen haud omnes, se si spectentur in ipsis.
4. *Omnibus una manet naturæ gentibus hæc lex,*
Si commune velis, proprium si respicis, haud sic
5. *Iuxta principium primum hanc mutare nefas sit,*
Sæpiùs at tempus minuit, sêu addit ad illam.
6. *Deleri de corde hominis commune negandum,*
Deleri proprium sed particulare fatendum.

503.

QVÆSTIO XCV.

De Lege humana.

Art. Lex humana petit membris constare quaternis.

1. *Leges humanas paci conducit haberi.*
2. *Omnia quæ statuunt homines, natura resolvit.*
3. *Lex descripta manet benè: Quod sit* Justa, & hone-
Possibilis, juxta naturã, tum Patriæ usum, (sta,
Conveniensq; loco, vel tempore, tumq; necessa,

Vtilis

Vtilis, & manifeſta, ac communi utilitati
Cunctorũ, ut vivãt rectè, conſcripta miniſtrans.

4. *Dividitur benè lex humana ſequentibus iſtis:*
Vt venit à Naturali: Civilia dictans
Gentibus atq; recepta. Bonum ſi reſpicis ipſum:
Militis, atq; Sacerdotis, tum Principis. Atq;
Si regimen ſpectes: vel pro quibus ipſa feratur:
Deniq; ſi ſpectes cognomina: quivé tulerunt.

507.

QVÆSTIO XCVI.

De Poteſtate Legis humanæ.

Art. In ſex Articulis legum eſt humana poteſtas.

1. *Lex humana petit poni communiter ipſa,*
Seu res reſpicias, Perſonas, tempora ſive.
2. *Facta poteſt mandare niſi graviora cuiq;,*
Vt ſint humani convictus pacis amici.
3. *Non omnes actus virtutum præcipit illa.*
4. *Iuſtaq; ſi fuerit, perſtringit ſingula corda*
Ad faciendum, ex quo de Æterna ſumpta probatur.
5. *Subduntur Legis varijs rationibus omnes,*
Nempe timore mali, recti, virtutis amore.
6. *Præter verba, nefas legum procedere cauſis,*
Excepto, ſi magna pericula publica ſubſint,
Nec mora det ſenſum Majorum conſiliandum.

513.

QUÆSTIO XCVII.
De Mutatione Legum.

Art. Quatuor Articulis mutatur ſanctio Legum.

1. *Ex imperfecto, ad perfectum progreditur Lex.*
2. *Non ſemper mutanda venit, niſi poſtulet ipſa*
Vtilitas rerum, poſt ſe portetq; neceſſe.
3. *At Conſvetudo mutat perſæpe priorem.*
4. *Diſpenſare poteſt Princeps in lege priori,*
Non tamen abs cauſa, prudenter ſemper agendo.

517.

QVÆSTIO XCVIII.
De Lege Veteri.

Art. Lex Vetus Articulis ſenis contenta maneto.

1. *Lex Vetus, imperfecta fuit, bonitate refulgens.*
2. *A ſoloq; Deo, non Dæmone, tradita conſtat;*
3. *Angelicis manibus Moyſi porrecta fideli.*
4. *Tradita Iudæis meritò de jure tenetur,*
Chriſtus enim promiſſus erat venturus in illa.
5. *Quæ natura petit, cunctos de jure tenebat,*
In reliquis, ſolis Iudæis conveniebat.
6. *Condecuitq; illam conferri tempore Moyſi.*

523.

QVÆSTIO XCIX.
De Præceptis Veteris Legis.

Art. In ſex Articulis Præcepta antiqua tenentur.

1. *Vnus*

1. *Vnus finis erat Veteris dilectio Legis,*
Præceptumq; unum, sed in ordine multiplicatum.
2. *Virtutes mandans, moralia justa tenebat,*
3. *Adq; relata Deum, cultûs præcepta ferebat.*
4. *Hæc præter, fuerant & Iudicialia certa.*
5. *His de, cuncta sonant, reliquumq; refertur ad illa.*
6. *Conveniebat ei deducere Ferrea Corda*
Spe promissorum, nec non terrore minarum.

529.

QUÆSTIO C.

De Præceptis Moralibus.

Art. Bis sex Articulis claudas Moralia jussa.

1. *Ad naturalem spectant moralia Legem.*
2. *Omnia virtutes mandant, aut consiliantur.*
3. *Quod morale tenent, decadi subjungito sanctæ.*
4. *Trina Deum spectant, reliquis stat proximus ipse.*
5. *Conveniens numerus præceptis inditus esto.*
6. *Hæc Præcepta decem, stant ordine convenienti.*
7. *Convenienter eunt: Domini Sapientia sic vult.*
8. *Dispensare Deus prohibet, tum proximus, ipsa.*
9. *Actus, nonq; modus virtutis, constat in illis,*
Si spectes habitum, haud ratione, vimq; volentem.
10. *Præceptisq; Deum spectantibus, ac propiorem,*
Ipse modus præcellentis mandatur amoris.
11. *Conveniens fuerat decadi superaddere quædam.*
12. *Iustitiæ disponebant, non justificabant.*

541. N 2 QVÆ-

QVÆSTIO CI.

De Præceptis Cæremonialibus.

Art. Quatuor Articulis cultûs præcepta tenentur.

1. *Quæ Præcepta Dei cultûs sunt, Cæremoniæ sunt.*
2. *Hæcq; figurabant in se mysteria Nostra.*
3. *Né servirent idolis, data congrua plura.*
4. *Sacrificum, Sacrum, Sacramentumq;, vocata,*
Ac demum observantia, congrua nomina sunto.
545.

QUÆSTIO CII.

De Causis Cæremonialium Præceptorum.

Art. Istorum causæ clauduntur in Articulis sex.

1. *Ordo bonus, finis, causas deposcit in illis.*
2. *Litera, si finem spectes, est suscipienda.*
Siq; velis Christum, tum serviet ipsa figura.
3. *Hæc ratio fûit sacrificandi, idola fuganda,*
Ad solumq; Deum mens, & cor, pura levanda.
4. *Tempora, papilio, specialia vasa, ministri,*
Cuncta decenter erant, Domini hoc reverentia poscit.
5. *Sacramenta etiam causas ratione ferebant,*
Sic Deus instituit, Christi poscente figurâ.
6. *Atq; suas causas habet observantia justas.*
551.

QVÆ-

QVÆSTIO CIII.

De Duratione Præceptorum Cæremonialium.

Art. Quatuor Articulis horum duratio constat.

1. *Præcedunt Legem non scriptæ Cæremoniales.*
2. *Corpora mundabant, animas non justificabant.*
3. *Adventu Christi decedere coincipiebant;*
   Passio, morsq; Crucis, per totum sustulit illas.
4. *Mortua sint quamvis Christo Legalia Passo*
   Servari poterant, donec clarescceret orbi
   Vox Evangelij, post quam servanda negantur.

555.

QVÆSTIO CIV.

De Præceptis Iudicialibus.

Art. Præceptum membris stat Judiciale quaternis.

1. *Iudiciale homines Præceptum hoc ordine rexit.*
2. *Iustitiam spectans, habuit tamen atq; figuram.*
3. *Adventu Christi cessavit, si tamen illud*
   Acciperet Princeps, justo pro jure valeret.
4. *Quatuor ista status hominum præcepta tenebant.*

559.

QUÆSTIO CV.

De *Causis Iudicialium Præceptorum.*

Art. Quatuor Articulis ratio stat Judiciorum.

1. *Ius benè Principibus propriũ hæc præcepta ferebant.*

2. *Ad Convictum etiam populorum condita rectè.*
3. *Pro hostibus, ac bellis, præclarè facta fuerunt.*
4. *Servus cū Domino, Pater & natus, Vir & Vxor, Conveniens præceptum Iudiciale tenebant.*

563.

QVÆSTIO CVI.
De Lege Nova.

Art. Legem Evangelij concludunt membra quaterna.

1. *Corde hæc scripta manens, est primùm gratia Sancti Flaminis, hinc homines disponit, tradit & usum, Quæ cum scripta manent, lex sic conscripta vocatur.*
2. *Scripta haud justificant, dat sola hoc gratia sancta.*
3. *Debuit haud ferri donec Mediator adesset.*
4. *Ipsa manet, donec salvantur sæcula mundi.*

567.

QVÆSTIO CVII.
De comparatione Veteris Legis ad Novam.

Art. Quatuor ad Veterem confertur Lex nova membris.

1. *Lex Nova, tumq; Vetus, species non conficit ullas, Vt vir, tumq; puer, sic distinguuntur eedem.*
2. *Implevit Christus Veterem, addens consilianda.*
3. *Sic erat in veteri nova, tanquàm in semine planta.*
4. *Lex antiqua fuit gravior, nam plura tenebat, At superat nova, dum prohibet motum interiorem.*

571.

QVÆ-

QVÆSTIO CVIII.

De contentis in Lege nova.

Art. Quatuor Articulis constant contenta Recentis.

1. *Congruit externos actus mandare per illam,*
Sacramenta dari, virtutes exstimulari.
2. *Sacramentorum ac morum benè condidit actus,*
De reliquis parvis Ecclesia Sancta resolvit.
3. *Interiores circa actus, nova Lex benè tradit.*
4. *Libertatem hominum conservans, Consilia addit.*

575.

QVÆSTIO CIX.

De Necessitate Gratiæ.

Art. Membris disce decem num gratia sancta necessa?

1. *Quamvis quis nequeat verum cognôsse supra se.*
Gratia si desit, naturæ multa capessit.
2. *Non valet omnis homo lapsus bona velle superna*
Gratia si desit sanans hunc, rectificansq́ꝫ:
Hac sine, velle potest naturæ aliquod bonū honestum.
Integer at poterat velle, & voluisset utrumq́ꝫ,
Sed tamen ut vellet, Deus hæc ad cuncta moveret.
3. *Naturæ vires nequeunt dare, quòd super omne*
Lapsus homo Authorem naturæ possit amare,
Auxilio nudus, vult sanari atq́ꝫ moveri,
Integer at potuisset, sed non absq́ꝫ movente.
4. *Indiget omnis homo, statui dum servit utriq́ꝫ,*

Auxi-

Auxilio, ut valeat præcepta Dei per amorem
Implere, at sanus poterat benè simplice facto.
5. *Auxilio vacui non regna beata merentur.*
6. *Vt sint dispositi sumendi dona superna,*
Est opus auxilio inspirantis, tumq; moventis,
Vt dignè quis agat, dat gratia Iustificans hoc.
7. *Est opus auxilio, ut quis post peccata resurgat.*
8. *Non peccâsset homo sanus, fultus generali*
Auxilio mortaliter, & venialiter, at nunc,
Evitare quidem mortalia singula, nec non
Cuncta simul, sed non venialia quit reparatus.
Ad Nihilumq; valet sanans, si gratia desit.
9. *Nec culpas justus vitare, bonisvé studere*
Absq; novo auxilio, quamvis sine justificante
Quæ petat infundi, valet, hac pro parte secundò.
10. *Indiget auxiliis specialibus, (ut moriatur*
Moralis liber culpæ,) ultra justificantem.
585.

QVÆSTIO CX.

De Essentia gratiæ.

Art. Quatuor Articulis ejusdem essentia sistit.

1. *Gratia sancta Dei Nobis dat dona superna.*
2. *Est habitus tribuens operari facta superna.*
3. *Vltra est virtutes infusas gratia lustrans.*
4. *Esse animæ est ejus subjectum, haud ulla facultas.*
589.

QVÆ-

QUÆSTIO CXI.

De Divisione Gratiæ.

Art. Dividitur quinis in membris gratia sancta.

1. *Gratia stat faciens gratum, gratisq; tributa.*
2. *Est iterum duplex, operans, simul ac operansq;.*
3. *Præveniens, nec non sequitur quæ, munera primæ.*
4. *Quæq; datur gratis, Paulus benè dividit illam:*
Trina etenim spectat perfectam cognitionem;
Nempè fides, sapientia, tumq; scientia: post hæc
Quatuor assistunt doctrinæ; gratia sanans,
Factio virtutum, atq; Prophetia, cognitioq;
Spirituum: verbum pronuntiat ultima duplex.
5. *Nobilior, gratum faciens, est omnibus istis.*

594.

QVÆSTIO CXII.

De Causa Gratiæ.

Art. In quinis membris causatur gratia sancta.

1. *Naturæ Divinæ participatio cum sit,*
A solo Domino causatur gratia sancta.
2. *Disponas animam; Donum hoc qui poscis habere,*
Tanquam Materiam, quæ à Forma suscipit actum.
Attamen ipsa movet nostrum cor, dum auxiliatur.
3. *Qui se ex natura disponit, ineptus eidem.*
Qui tangente Deo facit hoc, capit ulteriorem.
4. *Disposito meliùs, donatur gratia major.*

5. *Nullus homo gratum, vel contrà, ſcire poteſt ſe,*
Ni dicente Deo, conjecturaliter hoc ſtat.

599.

QUÆSTIO CXIII.
De Iuſtificatione.

Art. A Domino denis in membris Juſtificamur.

1. *Iuſtificatio, ſimpliciter mutatio dicta*
Gratuiti doni eſt, quæſito deme remiſſas
Culpas: Impietas autem depoſcit utrumq;.
2. *Culpa remiſſa ut ſit, dona infundenda repoſcit.*
3. *Gratia nulla datur, niſi homo ratione regens ſe,*
Libertate volente, Deo velit accumulari.
4. *Exigitur motus credendi ad juſtificandum.*
5. *Accedens ad Iuſtitiam, moveatur amore,*
Velle hominis, culpas ac deteſtetur iniquas.
6. *Iuſtitiam conſummat delictum omne remiſſum:*
Ergo ad juſtitiam annumeranda remiſſio culpæ.
7. *Iuſtificamur in inſtanti, quo gratia facta eſt.*
8. *Primitùs hæc infundenda eſt, dum juſtificamur.*
9. *Hoc opus eſt Domini ſummũ, bona maxima dicens.*
10. *Atq; poteſt, homines Mutans, miracula ferre.*

609.

QUÆSTIO CXIV.
De *Merito Iuſti.*

Art. Articulos denos meritum complectitur in ſe.

1. *Iuxta*

1. *Iuxta justi tiam rigidam, non crede merendum;*
Ordinat at Dominus, sua sic qui dona coronat.
2. *Sanus homo, aut lapsus, capiet non regna beata,*
Gratia si desit, cujus virtute meremur.
3. *Donum hoc si spectes, merita hæc condigna fatetor:*
Arbitrij motum spectas? proportio nulla.
Vt meritum Dominus compenset, congruit aptè.
4. *Gratia principiat meritum, dum constat amore:*
Virtutes aliæ sunt autem, appendicis instar.
5. *Gratia prima nequit meritorum præmia ferre.*
6. *Solus Christus eam Nobis per digna meretur.*
7. *Nullus homo reparanda potest post lapsa mereri.*
8. *Gratia si crescit, vel amor, nos ista meremur.*
9. *Non cadit in meritum finis conjunctio vitæ*
Cum sanctis factis, titulis his gloria gaudet.
10. *Si bona fortunæ substent virtutibus ipsa,*
Sub meritum veniunt, secus excluduntur ab illo.
619.
Sic Primam partem Partis conclude secundæ.
Per centum Quæsita, decemq́, quaterq́, sed ultra
Sexcentos, Denosq́, Novemq́ revolve cothurnos.

Finis Primæ Secundæ.

SECVNDÆ SECVNDÆ
Summæ Angelicæ
QUÆSTIO I.
De Objecto Fidei.

Art. Objectum Fidei denis concludito membris.

1. *Verax ipse Deus, scripturis omne revelans,*
Objectum Fidei formale est: Materiale
Omne revelatum scripturis, ordine ad ipsum.
2. *Hoc, ex parte Dei, incomplexi nomine gaudet,*
Nobis complexum est, componit, dividit aptè.
3. *Nonq; Deus potis est falli, vel fallere quenquam.*
4. *Objectum fidei non est, quod cernitur ipsum.*
5. *Est ut non visum, sic nunquam scitur id iddem.*
6. *Articulis certis distingvas credita cuncta.*
7. *Articulos Fidei crevisse in tempore constat.*
Plùs modò non credis, fidei ast extensio crescit.
8. *Proponit Fidei articulos Ecclesia Sancta;*
Quatuor & deni numero sunt, vel duodeni;
Scito alios, Deitatem, alios, concernere Christi
Naturam humanam, numerum sic percipe sanè.
9. *Symbolum Apostolicum collectos continet omnes.*
10. *Papa hoc proponens, firmat vim Conciliorum.*

QVÆ-

QUÆSTIO II.

De actu Interiori Fidei.

Art. Articulis Denis actus ſtant interiores.

1. *Cogitat, inquirit, conſentit, credere qui vult.*
2. *Crede Deo, atq; Deū credas, tum credito in ipſum,*
Sunt actus fidei, diſtincti convenienter.
3. *Crede ſupra rationem, ſi vis ſalvus haberi.*
4. *Et quod ſcire potes ratione, hoc credere præſtat.*
5. *Explicitè articulos fidei omnes credere debes,*
Implicitè verò, ſcripturis quidquid habetur.
6. *Majores magìs explicitè, minùs atq; minores*
Credere, quæ Dominus ſtatuit credenda, tenentur.
7. *Chriſti Incarnati myſteria tempore quovis*
Credere opus fuerat, magìs aut minùs inſpiciendo.
8. *Quòd datur Alma Trias, pro quovis tempore conſtat*
Credendum: veteres niſi ſub velamine quodam
Credebant, præſenti tempore credimus omnes.
9. *Gratia ſancta movet, qui credidit, ille meretur.*
10. *Si ratio firmet credenda, hæc perficit aptè.*
Sin minùs, aut dubitat, meritum tunc deſtruit omne.

20.

QUÆSTIO III.

De actu Exteriori Fidei.

Art. Articulis actus externos claude duobus.

1. *Eſt actus fidei Exterior, Confeſſio verè.*

2. *Hac opus est omni, non pro omni tempore cùivis,*
Æternâ quicunq; cupit gaudere salute.
22.

QUÆSTIO IV.

De Fide, in quantum est Virtus.

Art. Quid valeat Fidei Virtus? dant Articuli octo.

1. *Ipsa Fides* (sperandarum substantia rerum, Non visarum argumentum est) *describitur aptè.*
2. *Húic intellectum semper substare fatendum.*
3. *Est dilectio forma ejus, quæ perficit actum.*
4. *Et Fidei Informi, ac Formatæ nomen adaptat.*
5. *Est Formata Fides Virtus, contraria manca.*
6. *Una Fides manet, in subjectis multiplicanda.*
7. *Disponunt aliæ virtutes, prima Fides est.*
8. *Inter virtutes mentis, certissima cunctis.*

30.

QUÆSTIO V.

De habentibus Fidem.

Art. Quiq; Fidem teneant, membris conclude quaternis.

1. *Angelus, alter Adam, dici meruêre fideles.*
2. *Hac caruit Dæmon, credens hac parte coactus.*
3. *Omnibus articulis errat, qui cespitat uno.*
4. *Fervor & explicitum majorem ostendit in uno Esse Fidem, quàm alijs, curabis credere plura.*

34.

QUÆSTIO VI.
De Causa Fidei.

Art. Articulis, Fidei consistit causa, duobus.

1. *Assensus Fidei in nobis, descendit ab alto.*
2. *Tam Formata Fides, quàm informis, dona Dei sunt.*

36.

QUÆSTIO VII.
De Effectibus Fidei.

Art. Effectus Fidei membris conclude duobus.

1. *Dat Formata Fides, casto fulgere timore:*
Servilem Informis tribuit, quem Filius arcet.
2. *Purificat Formata Fides credentia corda,*
Idq; magìs, fuerit quantùm dilectio major.

38.

QUÆSTIO VIII.
De Dono Intellectûs.

Art. Donum Intellectûs membris concluditur octo.

1. *Intellectum, inter Deitatis dona, reponas.*
2. *Compatitur Fidei, non scit certò, sed adumbrat.*
3. *Estq; magìs speculans, extensio practica sistit.*
4. *Omnibus est justis, veluti dilectio sancta,*
5. *Iustificans desit si gratia, deficit ille.*
6. *Omnibus à donis aliјs distingvitur aptè:*
Sentit enim Pietas, Fortis, Timor, illeq; novit:

Cre-

Credenda hic penetrat, Sapientia judicat illa.
Scire creato hæret: ſed conſilium applicat actus.
7. *Mundum corde illi reſpondens, eſſe beatum.*
8. *Fructificatq; Fidem certam hîc, ſed gaudia cælis.*
46.

QVÆSTIO IX.

De Dono Scientiæ.

Art. Quatuor Articulis concluſa Scientia, donum.

1. *Hæc datur ad diſcernendum, quæ credere, quæ non.*
2. *Indicat ipſa ſcientia ſanctè, cuncta creata.*
3. *Hæc ſpeculanda viget, praxim ſed reſpicit actu.*
4. *Acta Beata illi reſpondent, plangere corde.*
50.

QUÆSTIO X.

De Infidelitate.

Art. In bis ſex membris, Fidei concluditur hoſtis.

1. *Pœna eſt ignorare Deum, ſi nôſſe nequit quis,*
Si ſit contemnens, vel pugnans, dicito culpam.
2. *Hûic intellectus ſubſtat, movet ipſa voluntas.*
3. *Hoc ſcelus æquiparatum alijs, eſt maxima culpa.*
4. *Non omnis diſcredentûm prava actio dicta.*
5. *Pagani, Iudæi, dant ſpeciem Hæreticiq;.*
6. *Plura licèt lateant Gentiles, dogmata ſacra,*
His plùs, Iudæi peccant, dum ſcripta profanant,
Hæreſis aſt iſtis eſt culpa graviſſima Cunctis.

7. *A sermone cave, dubitans præsente pusillo,*
Sed si firmus eris solidè, confunde negantes.
8. *Gentes non coge, Hæreticos compelle redire.*
9. *Hæreticos & Apostaticos vitare memento,*
Gentes, Iudæos, si nescis dogmata sancta;
Sed si doctus eris, poteris convertere multos.
10. *Non tibi sit Dominus, qui impugnat dogmata sancta;*
Si fuerit dudum; licitè tolerabis eundem.
11. *Actus illicitos errantûm non tolerabis,*
Scandala si desint, faciant fructum, tolerato.
12. *Non baptizabis pueros, obstante Parente*
Iudæo, aut Gentili, nam inde pericula magna.
62.

QUÆSTIO XI.
De Hæresi.

Art. Quatuor Articulos exquirunt Hæresiarchæ.

1. *Hæresis est errans species, inimica fideli,*
Spectat eos, spurcant fidei qui dogmata sanctæ.
2. *Articulis fidei dissentit mente superba.*
3. *Corripito Hæreticum rigidè semel, atq; secundò.*
Si persistat adhuc, veluti gangræna secetur,
Vtq; luat pœnas, permittas Iudicis ensi.
4. *Suscipe si redeat, non restituantur honores.*
66.

QVÆSTIO XII.

De Apostasia.

Art. Sistit Apostasies in membris clausa duobus.

1. *Est Fidei desertor, Apostata, credere nolens,*
Constituit speciem, caret hac, ex ordine migrans.
2. *Principi Apostatico Excluso jus perditur omne.*
68.

QVÆSTIO XIII.

De Blasphemia in Communi.

Art. Quatuor Articulis Blasphemus stat generalis.

1. *Quod laudanda Deo tribuit Confessio, totum*
Aufert, vel minuit turpis blasphemia semper.
2. *Divinam contra bonitatem culpa nefanda.*
3. *Est vitium summum, discredentem aggravat ipsum.*
4. *Corde Deum infernus blasphemat, Iudicium post,*
Ore magis blasphemabit, dum cuncta resurgent.
72.

QVÆSTIO XIV.

De Blasphemia in Spiritum Sanctum.

Art. Quatuor attribuas Blasphemo Flaminis Almi.

1. *Divinas contra Personas, dicta nefanda,*
Vel Sanctum Flamen, peccatum grande vocatur.
Hoc etiam servit peccanti ex corde maligno.
2. *Sex sunt: Desperans, Præsumens, nolle dolere,*
Obdu-

Obdurare animum, veris obsistere notis,
Gratia si teneat Fratres, non posse videre.
3. *Non dimittantur, meritum mors destruit omne.*
Tollunt, ac removent culpas, prohibentia quæq;.
Deniq; quòd studio peccare, gravissima culpa.
4. *Nullum est peccatum primum de mente maligna,*
Ad mortemq; vigens, tantùm obijciendo medelam.
76.

QVÆSTIO XV.

De *Vitijs oppositis dono scientiæ & intellectûs.*

Art. In tribus intellectum impugnant crimina membris.

1. *Divina abijciens cognoscere, inania tractans,*
Flaminis Almi hostis, peccando cæcus habetur.
2. *Debilitans hebetudo animum, Divina repellit,*
At qui cæcus erit, scito privabitur omni.
3. *Ebrietas hebetat mentem, cæcat Venus illam.*
79.

QVÆSTIO XVI.

De *Præceptis Fidei.*

Art. Præceptum Fidei membris conclude duobus.

1. *Antiquis velata Fides, secreta negavit.*
Sat fuerat protunc Factorem Credere Cæli.
2. *Intellectio, tumq; scientia, tradita comptè.*
81.

QVÆSTIO XVII.

De Objecto Spei.

Art. Octo Spei Articulos Objectum continet in se.

1. *Attingendo Deum, Virtus Spes dicitur aptè.*
2. *Vita æterna beans Objectum ponitur ejus.*
3. *Hanc sperato tibi, ast alijs supponit amorem.*
4. *Est Spes prima Deus, facturam pone secundò.*
5. *Respiciensq; Deum, est Virtus Spes Theologizans.*
6. *Condistincta alijs, quæ sperat regna beata.*
7. *Sola Fides præcedit eam, sperata revelans.*
8. *Sit magè perfectus licèt, hæc præcedit amorem.*

89.

QVÆSTIO XVIII.

De Habentibus Spem.

Art. Membra quaterna Spei pro se subjecta requirunt.

1. *Sensibus haud Spes est, stat vi, ratione volenti.*
2. *Objectum ob præsens, non concedenda beatis.*
3. *Clausis inferni pœnis non convenit illa.*
4. *Certa fides homini facit hanc tamen esse vianti.*

93.

QVÆSTIO XIX.

De Dono Timoris.

Art. Bis sex Articulis clauduntur dona Timoris.

1. *Dum punit delicta Deus, scito esse timendum.*

2. *Di-*

2. *Dividiturq; Timor ; Natorum, Castus is idem,*
Incipiens, Servilis, Mundi, sitq; quaternus.
3. *Mundanus, nixus radice malâ, ipse malignus.*
4. *Servilis bonus est, substantia sic docet ejus.*
5. *Castum, & servilem, specie differre necesse.*
6. *Non forma, ast substantia inest servilis Amori.*
7. *Idem cum Casto sapientûm principium sit.*
8. *Principians differt tantùm à Casto penes esse*
Perfectum, ac imperfectum, reliquis manet idem.
9. *Estq; Timor castus, donum Dêi dans revereri.*
10. *Hic crescit tantùm, quantùm quis crescit amore,*
Servilisq; coarctatur, vel amore fugatur.
11. *Servilis nunquam, castus manet ipse beatis.*
12. *Respondet Casto Paupertas Spiritualis.*
105.

QVÆSTIO XX.
De Desperatione.

Art. Quatuor Articulos mala desperatio poscit.
1. *Desperans veniam, peccator morte piandus.*
2. *Hæc, velut & per multa, potest vexare fidelem.*
3. *Est in se graviùs tum odîsse Deum, atq; negare;*
Sed graviora facit mala desperatio Nobis.
4. *Dat Desperantes Acedia, Luxuriesq;.*
109.

QVÆ.

QUÆSTIO XXI.
De Præsumptione.

Art. Quatuor Articulos numerat Præsumptio pro se.

1. *Dant vires, miserensq; Deus, præsumere quosdam.*
2. *Est hoc peccatum, sed desperatio majus.*
3. *Et magis impugnat sinctam spem, quamq; timorem.*
4. *Hocce superba parit Mater, vel gloria inanis.*

113.

QUÆSTIO XXII.
De Præceptis Spei & Timoris.

Art. Stant binis membris præcepta Spei atq; Timoris.

1. *Tempore spem, veteri promissum, præcipiebat.*
Admonet, ac mandat præsenti cuncta decenter.
2. *Spes præcepta fuit Patribus, jussitq; timorem.*

115.

QUÆSTIO XXIII.
De Charitate secundùm se.

Art. Articulos octo poscit Dilectio Sancta.

1. *Pignus amicitiæ est specialis, quâ Deus ipse*
Diligitur, redamatq; hominem, Dilectio Sancta.
2. *Infususq; habitus, Virtutibus omnibus aptus.*
3. *Est propriè Virtus, jungit Dominoq;, creata.*
4. *Hæc specialis erit, Dominum quæ diligit ipsum.*
5. *Vnaq; simpliciter, species non parturit ullas.*

6. *In-*

6. *Innitensq; Deo, est Excellentissima Virtus.*
7. *Hac sine, nulla potest Virtus subsistere vera.*
8. *Ordinat ipsa actus Virtutum, & format easdem.*

123.

QUÆSTIO XXIV.

De Subjecto Charitatis.

Art. Membris subjectum bis sex, Dilectio stringit.

1. *Non capitur sensu Objectum virtutis amantis,*
Vnde voluntati residens, concluditur esse.
2. *Spiritus hanc Sanctus confert, non quæritur actu.*
3. *Non natura capax recipit, confert Deus illam.*
4. *Hæc, dum vivit homo, potis est accrescere semper.*
5. *Additione caret, tantùmq; intenditur in se.*
6. *Omnis ad hanc actus disponit, non tamen auget.*
7. *Crescit in immensum, nullusq; est terminus illi.*
8. *Vt vires possunt, Dominum sic dilige vivens;*
Tunc perfectus amor talis vocitabitur in te.
9. *Est amor incipiens, perfectus, proficiensq;.*
10. *Diminuiq; nequit, totus disponit ad istud.*
Si veniâ pecces, actus intendere cesses.
11. *Non perit in Patria, terris amissio sistit.*
12. *Quodvis peccatum mortis, cassabit amorem.*

135.

QUÆSTIO XXV.

De Objecto Charitatis.

Art. Bis sex Articulis Objectum constat amoris.

1. *Qui-*

1. *Quisquis amat Dominū, in fratres extendit amorē.*
2. *Reflexivus amor, poterit sic diligi & ipse.*
3. *Diligitur brutum, per quod bona proximus auget.*
4. *Hocq; modo, quivis debet se diligere ipsum.*
5. *Corpora Nostra, Dei causâ, debemus amare,*
Nonq; gravent animas, sensu cohibere tenemur.
6. *Culpa vetat, natura jubet, peccator ametur.*
7. *Vtq; bonos inter, stat amor, sic claude malignos.*
8. *Culpa negat, natura petit, nos diligere hostes,*
Articulis gravibus, perfectio tempore quovis.
9. *Non speciale dabis, generale at signum inimico,*
Si quis amas illum, tamen hinc exclude necesse.
10. *Angelus, obq; Deum, Nobis mandatur amandus.*
11. *Culpa vetat, natura docet, Cacodæmon ametur,*
Quatenus inde Dei lucescat gloria major.
12. *Enumerantur amanda; Deus, tum proximus, atq;*
Nos ipsi, Corpus Nostrum, & stant sorte quaternâ.

147.

QVÆSTIO XXVI.

De Ordine Charitatis.

Art. Ordinat in tredecim punctis dilectio sancta.

1. *Primus amore Deus, post hunc sit proximus alter.*
2. *Fortiùs inde Deus, quàm proximus omnis amandus.*
3. *Diligito Dominum magis, ac te diligis ipsum.*
4. *Te magè, quàm fratres proprios adamare teneris.*
5. *Corpore sed proprio, plus proximus omnis amandus.*

6. Pro-

6. *Proximus est adamandus non æqualiter omnis.*
7. *Iuxta Iustitiamq́; Dei plùs, qui propiores.*
8. *Quàm melior quivis, plùs, qui sunt sangvine juncti.*
9. *Vnâ gignentes, aliâ sed parte minores.*
10. *Cum pariat Mater, generet Pater, ordine præstat.*
11. *Vxor sed nostros superabit amore Parentes.*
12. *Qui dat, quiq́; cupit benefactum, constat amandus*
Diversâ ratione tamen, velut ordo reposcit.
13. *In Patria præstans ordo subsistet amoris,*
Ipse Deus primus, variabunt Proximus, & Tu.
160.

QVÆSTIO XXVII.

De actu Charitatis speciali, scilicet dilectione.

Art. Octo tenet Dilectio, sic dicta, actus amoris.

1. *Constat amare magis proprium, nam præstat amari.*
2. *Plùs semper dicit dilectio quàm benè velle.*
3. *Est Deus omninò, ac semper, se propter amandus.*
4. *Immediatè, noscatur quamvis mediatè.*
5. *Cuncta licèt faciat, de toto nullus amabit.*
6. *Dilige, quàm potis es, nullus sit finis amoris.*
7. *Lucrari meritum cupiens, adamabis amicum,*
At majus cupies, quòd si dilexeris hostem.
8. *Est Deus omne bonum, se propter semper amandus,*
At si propter eum, frater tunc plura mereris.
168.

QVÆSTIO XXVIII.
De Gaudio.

Art. Quatuor Articulis clauduntur gaudia ſancta.

1. *In Domino gaudes? Virtutis fructus amantis.*
2. *Triſtitiam hoc pellit, per ſe, tamen accidit illa.*
3. *Hic nuſquam, in Patria plenè lucraberis illud.*
4. *Et non eſt virtus, tamen eſt effectus amantis.*

172.

QUÆSTIO XXIX.
De Pace.

Art. Quatuor Articulos pax exoptanda repoſcit.

1. *Pax remanens concors, plùs quàm concordia dicit.*
2. *Omne vigens, mundo pacem depoſcit amicam.*
3. *Eſt Pax in Domino, effectus virtutis amantis.*
4. *Eſt minimè virtus, virtutis, fructus amantis.*

176.

QUÆSTIO XXX.
De Miſericordia.

Art. Quatuor Articulis miſerentia clauſa quieſcit.

1. *Sunt mala, quæ patitur quiſquàm, ratio miſerendi.*
2. *Defectus itidem miſerendi ſunt rationes.*
3. *In ratione manens Virtus, concluditur eſſe.*
4. *Summa Deo reſidet, Nobis dilectio major.*

180.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXI.

De Beneficentia.

Art. Quatuor Articulis, faciens benè, clausa manebit.

1. *Nascitur hæc ab amicitia, faciens benè virtus,*
Si commune velis, proprium sed plura reposcit.
2. *Omnibus hinc benèfac, prôut circumstantia dictat.*
3. *At magìs agnatis, ni externi plura reposcant.*
4. *Non ab amore valet distingui, ut nata Parente.*

184.

QVÆSTIO XXXII.

De Eleemosyna.

Art. Styps data pauperibus, denis conclusa cothurnis.

1. *Actu pauperibus cùm das, misereris, amasq;*
2. *Bis septem species constant Eleemosynarum,*
Septem corporeæ; versus quas continet iste:
Visito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo.
Spirituales sunt totidem, sed Consule bis dat:
Consule, Castiga, solare, remitte, fer, ora.
3. *Si genus accipias, superabunt spirituales,*
Sed si particulare velis, tunc corpora præstant.
4. *Corporeæ per se nil spirituale merentur,*
Sed contra, si proximus, & Deus, urgeat illas.
5. *Dum superest fortuna tibi, dare jure teneris,*
In reliquis Dominus misereri consiliatur.

6. *Quæq; necessa manent vitæ, haud conferre teneris,*
Excipitur casus, quo fit laudabilis actus.
7. *Restituant, rapiens, fur, non Eleemosynam dent:*
Subversor justi, atq; Simon, conferre tenentur:
Turpe lucrum Meretrix Eleemosynæ applicat aptè.
8. *In quibus es Dominus, liceat conferre petenti,*
Quæ Domini, nunquam, summos tamen excipe casus.
9. *Pauperiore petente, magìs succurrere debes,*
Sangvine quàm juncto, ni casus excipiantur.
10. *Si das, atq; potes largè, laudabilis esto,*
Sed si corrumpas dando, culpandus abibis.

194.

QUÆSTIO XXXIII.
De Correctione Fraterna.

Art. Articulis octo constat correctio Fratrum.

1. *Est actus Miserentis, Amantis culpa repulsa,*
Justitiæ verò medium dum ponitur ipsum.
2. *Si fructum generet, præceptis annumeranda.*
3. *Omnibus hæc adamans, Prælatis compete pungens.*
4. *Prælatus poterit reverenti mente moneri,*
Non ex Justitia, prætextu semper amoris.
5. *Castigare potest peccator crimina Fratrum.*
6. *Non omittenda est pœnæ correctio, propter*
Quam, timeas fratrem turbari, præter amorem.
7. *Occultè peccans, tacitè priùs admoneatur.*

Publi-

Publicus, in commune ruens, non exigit istud.
8. *Testes inducat, post hæc denuntiet acta.*

202.

QVÆSTIO XXXIV.

De Odio Opposito Charitati.

Art. Senis Articulis odium concluditur atrum.

1. *Sæpe odêre Deum pravi, quòd punit eosdem.*
2. *Hoc quicunq; facit, peccator maximus esto.*
3. *Quiq; odit Fratrem ut Fratrem peccator habendus.*
4. *Sunt quædam graviora quibus peccatur ad extra;*
At Fratres odîsse volendo, majus ad intra.
5. *Hoc minimè Vitijs Capitalibus annumeratur,*
Non est principium, potiùsq; est terminus istud.
6. *Invidiæ pariunt Odium de viscere pravo.*

208.

QVÆSTIO XXXV.

De Acedia.

Art. Quatuor Articulis Acedia clausa tenetur.

1. *Contristans de sorte Dei, est Acedia, culpa.*
2. *Respiciensq; Deum, speciali nomine gaudet,*
Virtutes tepidans, nomen generale reportat.
3. *Ex genere hæc proprio, peccatum mortis habetur,*
Imperfecta tamen Venialibus annumeratur.
4. *Est Capitale malum, producens plura maligna.*
Nam rancor, malus, atq; pusillus, torpor, ab illa,

Deſperare etiam, atq; vagatio mentis, habentur.
212.

QVÆSTIO XXXVI.
De Invidia.

Art. Quatuor Invidia Articulis concluſa manebit.

1. *Invidiam ſortis Fraternæ, Triſtitiam dic.*
2. *Invidiam quicunq; tenet, peccator habetur.*
3. *Non ſimplex iſtud Crimen, Mortale fatendum*
4. *Et Capitale manens Odium, producitur illo.*
Poſtq; ſuſurrandum, poſt detrahit, inq; malignis
Lætatur Fratris, turbatur ſorte ſecundâ.
216.

QUÆSTIO XXXVII.
De Diſcordia.

Art. Articulis tantùm conſtat Diſcordia binis.

1. *Eſt mortale malum, quævis diſcordia plena.*
2. *Gloria vana illam, & quandoq; Superbia gignit.*
218.

QVÆSTIO XXXVIII.
De Contentione.

Art. Quæ ſequitur, membris conſtat Contentio binis.

1. *Impugnans, oculata, parit Contentio mortem,*
Falſa premens laudanda, niſi cadat ordine recto.
2. *Ex hoc fonte fluit, de quo Diſcordia nata.*
220.

QVÆ-

QUÆSTIO XXXIX.

De Schismate.

Art. Quatuor Articulis clauduntur Schismata quæq;.

1. *Schismaticus peccat, discindens viscera Matris Ecclesiæ, Verbis Christi, Petriq; repugnans.*
2. *Sed graviora, negare fidem, dic schismate quovis.*
3. *Ordine Schismaticus valet, at jus dicere nunquam.*
4. *Eijce eum populo, gravibus pœnisq; cöerce.*

224.

QVÆSTIO XL.

De Bello.

Art. Quatuor Articulis clauduntur bella nefanda.

1. *Intendens rectè, defendens, belligerando, Est justus Princeps, aliter bellare nefas sit.*
2. *Excipe, si sit opus, nunquam bellato Sacerdos.*
3. *Est fraudare nefas, technas celare licebit.*
4. *In Festo bellare licet, ni scandala subsint.*

228.

QVÆSTIO XLI.

De Rixa.

Art. Articulis tantùm constabit rixa duobus.

1. *Rixa voluntatem pervertens, culpa vocatur, Insiliens mortis, defendens sæpe vacillat.*
2. *Nascitur ex Ira potiùs, quàm odisse maligno.*

230.

QVÆ-

QVÆSTIO XLII.
De Seditione.

Art. Seditio membris concluditur ipsa duobus.

1. *Seditio est crimen quoddam, quo rumpitur unum,*
2. *Ac genere ex proprio, mortali nomine gaudet.*

232.

QUÆSTIO XLIII.
De Scandalo.

Art. Articulis octo clauduntur scandala quæq;.

1. *Est dictum, factumvé minùs rectum, atq; ruinæ*
Dans ansam fratris, describis scandala rectè.
2. *Est faciens, patiens, peccatum scandalum utrumq;,*
Sed dare, tumq; pati, raró conjungitur ipsum.
3. *Non patiens, faciens, peccatum dic speciale.*
4. *Mortem, vel Veniam tantùm, producit utrumq;.*
5. *Perfectisq; viris patiens hærere nefas sit.*
6. *Iddem de activo dicendum est, excipe parvum.*
7. *Spirituale bonum, non propter scandala, lingvas,*
Ast alia, occultare licet, dum tempora svadent.
8. *Sæpiùs omittas privata, at publica nunquam.*
Fortunæ bona, si quando te scandala turbent.

240.

QVÆSTIO XLIV.
De Præceptis Charitatis.

Art. Articulis octo præceptum constat amoris.

1. *Con-*

1. *Conveniens fuerat, præcepta ut dentur amoris.*
2. *Idq; duo, Dominus primò, post frater amandus.*
3. *Finis cum medio deducunt sufficere illa.*
4. *Toto corde Deus rectè mandatur amari:*
5. *Ex totis, Mente, ac Animâ fortissimè amandus.*
6. *In Patria impletur, terris magìs, aut minùs istud.*
7. *Sat benè præcipitur Nobis dilectio Fratris.*
8. *Ordo cadit sub præceptum virtutis amoris.*

248.

QUÆSTIO XLV.

De Dono Sapientiæ.

Art. Articulis senis constat Sapientia Donum.

1. *Ponitur in Donis rectè Sapientia Sancta.*
2. *Causa voluntati manet, ast Essentia menti.*
3. *Est speculans, praxim jungens, Sapientia Sancta.*
4. *Sit mortale procul crimen, Sapientia dicit.*
5. *Hanc, quâ dirigimur, pro Nobis gratia fundat,*
   Communemq; facit multis, non sic data gratis.
6. *Respondetq; beans illi actus Pacificorum.*

254.

QVÆSTIO XLVI.

De Stultitia, opposita Sapientiæ.

Art. Stultitiam ternis breviter concludito membris.

1. *Obtundens sensus, hebetans cor, stultus is idem*
   Est Sapienti hostis, pugnat contrarius illi,

At fatuus privans stat cum sapiente neganter.
2. *Liber, Naturâ stultus, caro stulta nocens est.*
3. *Stultitiam carnis producit Luxuria ex se.*

257.

QVÆSTIO XLVII.
De Prudentia.

Art. Articulis sex, atq; decem, Prudentia constat.

1. *In ratione manere cupit Prudentia semper.*
2. *Consistens praxi, minimè speculanda videtur.*
3. *Novit tam commune bonum, quàm particulare.*
4. *Est Virtus intellectûs, sed moribus apta.*
5. *Distat ab intellectivis, per materiale,*
Abq; alijs morum, differt formaliter ipsa.
6. *Finem haud præstituit ratione manentibus, illa,*
De medijs tantùm ipsarum, disponere gaudet.
7. *Invenit & medium morum, Virtutibus aptum.*
8. *Consiliari, ac Iudicium proferre, jubere,*
Ad praxim spectat, propriè Prudentia mandat.
9. *Solicitudo etiam propriè prudentibus adstat.*
10. *Tam commune bonum, quàm particulare gubernans.*
11. *Respiciens proprium, Communia seu bona, ab illa*
Differt, cum populis, per quam, quis regna gubernat.
12. *Conveniens tam Principibus, quàm quiq; reguntur.*
13. *Perfecta est justis, pravis, carnalis habetur,*
Vera, sed imperfecta tamen, peccantibus hæret.

14. *Gra-*

14. *Gratia quem munivit, eum Prudentia firmat.*
15. *Non à Natura est, donatur sede supernâ.*
16. *Esse oblita potest, Vitijs deperditur autem.*
273.

QVÆSTIO XLVIII.
De Partibus Prudentiæ.

Art. Partes Prudentis membro clauduntur in uno.

1. *Partes Prudentûm integrat Provisio, post hanc*
Est Docilis Ratio, Intellgentia, cum Memorante,
Cautio, Circumspectio, tum Solertia: tandem
Subjectiva tenent, populos, se seq; gubernans:
Stant Synesis, Gnome, ac Eubulia, Parte potente.
274.

QUÆSTIO XLIX.
De Partibus Integralibus Prudentiæ.

Art. Articulis octo integritat Prudentia Partes.

1. *Experimenta volens, Prudens Memorêre necesse.*
2. *Æstimat ast Intellectus Prudentia facta.*
3. *Participat Docilis, Prudentis nomina rectè.*
4. *Sic etiam solers inventum qui æstimat in se.*
5. *Per Rationem agitant homines, Prudentia cuncta.*
6. *Prudens Verus erit, rectum qui providet omne.*
7. *Pluraq; circumstant, hinc Circumspectio dicta.*
8. *Qui cavet, est Cautus, prudens habeatur ab inde.*
282.

QUÆSTIO L.

De Partibus subjectivis Prudentiæ.

Art. Quatuor Articulis Pars subjectiva tenetur.

1. *Regnativa, bono titulo est Prudentia dicta.*
2. *Polliticam, partes inter Prudentis, habebis.*
3. *Oeconomos etiam Prudentibus annumerabis.*
4. *Deniq; Militiam Prudentibus annumerato.*

286.

QVÆSTIO LI.

De Annexis Prudentiæ.

Art. Quatuor Articulis reliquas Prudentia jungit.

1. *Suppeditans bona Consilia, est Eubulia Virtus.*
2. *Consilioq; suo svadet, Prudentia mandat.*
3. *Quidquid habet, totum synesis disjudicat ipsa.*
4. *Gnome etiam, Virtus specialis habenda manebit.*

290.

QVÆSTIO LII.

De Dono Consilij.

Art. Quatuor Articulis concludas consilianda.

1. *Consilium Donis adjungas Flaminis Almi.*
2. *Perficit, atq; juvat prudentes, tempore quovis.*
3. *In Patria hoc, diversâ sed ratione manebit.*
4. *Illi respondet Miserentia, dicta beata.*

294.

QVÆ-

QVÆSTIO LIII.

De Imprudentia, opposita Prudentiæ.

Claudítur Articulis sex Imprudentia tota.

Art.

1. *Privans imprudens peccat, dum negligit actum*
Adversans, & contemnens, mortaliter; at si
Non sit contemptus, damnum, veniale manebit.
2. *Hæc culpa est generalis, singula respiciendo,*
Deq; suis culpam speciebus prædicat aptè.
3. *Præcipitans peccat, linquens prudentia facta.*
4. *Imprudens peccat, qui non considerat apta.*
5. *Huc etiam referatur & inconstantia quævis.*
6. *Hæc tria, si fontem quæras, ex Luxuria orta.*

300.

QUÆSTIO LIV.

De Negligentia.

In tribus Articulis sistet, qui negligit apta.

Art.

1. *Est Vitium speciale, ex lapsu solicitum esse.*
2. *Imprudentis opus, contra prudentia pugnans.*
3. *Et mortale quidem, si subsit causa salutis,*
Vel tepeat Divinus amor; Veniale stat ultrà.

303.

QVÆSTIO LV.

De peccatis similibus Prudentiæ.

Simia prudentis, membris concluditur octo.

Art.

 1. *Car-*

1. *Carne bonum statuens solâ, peccator habetur.*
2. *Summo fine necans, citra Venialia profert.*
3. *Huc etiam similis Prudenti, astutia spectat.*
4. *Pertinet hucq; dolus, firmat quo astutia facta.*
5. *Hæc inter, fraudem ex factis numerare memento.*
6. *Solicitudo scopum figens carnalibus errat,*
Si impensè cures, timeasq; carere necesso.
7. *Tempore, non extra, de, solicitêre futuris.*
8. *Carnalis Prudentia, fraus, astutia, multa*
Mundi solicitudo, dolus, nascuntur avaris.

311.

QVÆSTIO LVI.
De Præceptis Prudentiæ.

Art. Claudas, Prudentis, membris præcepta duobus.

1. *Regula Virtutum maneat Prudentia quamvis,*
Nulla tamen Decadis de se præcepta ferebat.
2. *Hùic Moyses prohibet contraria crimina bellè.*

313.

QUÆSTIO LVII.
De Iustitia & Iure.

Art. Quatuor Articulis clauduntur jura decenter.

1. *Iustitiæ Objectum proprium, Ius dicitur æquum.*
2. *In Naturale, ac positum, distingvitur aptè.*
3. *Ius populorum, ac Naturæ, differre memento.*
4. *Ius Patris in sobolem, Dominiq; in Mancipium sit.*

317.

QVÆ-

QUÆSTIO LVIII.

De Quidditate Iuſtitiæ.

Art. Juſtitia Articulis bis ſenis clauditur in ſe.

1. *Perpetua eſt, Conſtanſq́; Voluntas, Ius tribuendi*
Vnicuiq́; ſuum; Iuſtum deſcripſeris aptè.
2. *Æquale importans, ſemper referatur ad altrûm.*
3. *Actus rectificans Virtus benè Iuſta manebit.*
4. *Non ſenſu, aut ratione manet, ſed parte volente.*
5. *Ac etiam Virtus generalis dicitur aptè.*
6. *Legalis differt alijs, vel convenit illis.*
Reſpicit ut commune bonum, variâ ratione.
7. *Legalis, præter Generale, eſt particularis.*
8. *Materiam petit hæc, actus hominum exteriores.*
9. *Paſſioq́; interior rectè non ſubditur illi.*
10. *Eſſe rei medium, per quod proportio ad altrûm eſt,*
Iuſtitiæ medium Virtutis dicitur ipſum.
11. *Reddere cuiq́; ſuum, juſtorum eſt proprius actus.*
12. *Inter Virtutes Excellentiſſima Virtus*
(Legalis ſeu Moralis ſit) Iuſtitia audit.

329.

QUÆSTIO LIX.

De Injuſtitia.

Art. Tandē Injuſtitiam comprēndunt membta quaterna.

1. *Eſt Injuſtitia illegalis, culpa vocanda,*
Eſſe ſuo ſpecialis, at intento generalis.

2. In-

2. *Intendens, faciens injustum, injustus habetur,*
Intendat minimè si, injustâ sorte carebit.
3. *Et facere, atq; pati injustum, nequis absq; volente*
Per se, aliquando tamen si sit, tunc accidit illud.
4. *Dum facis injustum, crimen Mortale subibit.*

333.

QUÆSTIO LX.
De Iudicio.

Art. Senis Judicium poscit constare cothurnis.

1. *Actum Iustitiæ concludas Iudicium esse.*
2. *Iudicium justum licitum est, injusta procul sint.*
3. *Suspicione valens, damnans, mortale subibit,*
Sed dubitare minùs, Persona nisi aggravet illud.
4. *In dubijs, semper meliorem selige partem,*
Et quæ obliqua putas, tu, recta tenere memento.
5. *Quod Scriptura docet Legalis, judicium sit.*
6. *Iudicium usurpare nefas, vel cogere ad illud.*

339.

QVÆSTIO LXI.
De Iustitia Commutativa & Distributiva.

Art. Commutans, & distribuens conclusa quaternis.

1. *Iustitia est duplex; Commutans, Distribuensq;*
2. *Commutans, numerat, proportio, distribuens est.*
3. *Materiæ innixam diversæ stabit utramq;.*
4. *Stat justum contra passum mutare volendo.*

Sed

Sed ſi diſtribuas, minimè convertitur iddem.

343.

QUÆSTIO LXII.

De Reſtitutione.

Articulis octo concludas reſtituenda.

Art.

1. *Reſtituenda petit mutantis Iuſtitiæ actus.*
2. *Reſtituas oblata, volens gaudere ſalute.*
3. *Reddito, quæ tuleras tantùm, damnêre priùsquàm,*
   Iuſſerit ut Iudex plùs compenſare teneris.
4. *Reddere non debet, quod quis non abſtulit altri.*
5. *Illi, non alijs reddas, cui quæꝗ tuliſti.*
6. *Reſtituenda manent, injuſtè oblata cuiquam,*
   Reddere ſed minimè debes, ſi injuria non ſit.
7. *Non rapiens tantùm, ſed complex reddito rapta.*
8. *Si poteris, reddas ſtatim, vel tempora poſcas.*

351.

QUÆSTIO LXIII.

De acceptione Perſonarum.

Membra quater poſcit Perſonæ acceptio pro ſe.

Art.

1. *Eſt quævis Perſonæ acceptio, Crimen iniquum,*
   Vt potè Iuſtitiæ diſcordans diſtribuenti.
2. *Spirituale gravat magìs hæc, quàm tempora quæꝗ.*
3. *Huc referas Perſonam, cúi debentur honores.*
4. *Iudiciumꝗ gravat, Iudex procul accipe pellat.*

355.

QVÆSTIO LXIV.
De Vitÿs oppositis Commutativæ, scilicet de Homicidio.

Art. Hostis Mutantis, concluditur octo cothurnis.

1. *Est licitum, plantam, ac animantia bruta necare.*
2. *Peccantes etiam, nam sic commune bonum vult.*
3. *Principibus, tum Iudicibus, non hisce carenti.*
4. *Nec malefactores poterit mactare Sacerdos.*
5. *Proximus, atq; Deus prohibent occidere sèipsum.*
6. *Iustum, ac Innocuum prohibet Lex quæq; necari.*
7. *Non peccat mactans, defendens se moderatè.*
8. *Per casum mactando, homicidia nulla patrantur, Ni Illicitis studeat mactans attendere nolens.*

363.

QVÆSTIO LXV.
De Mutilatione.

Art. Quatuor Articulis mutilatio clausa manebit.

1. *Non mutilare licet, teneas ni Iudicis actum. Excipe Chirurgum, quantùm res postulat ægri.*
2. *Innocuè Dominus servum, natumq; Parentes Verbere castigant, ambo subduntur eisdem.*
3. *Dum Ius justa jubet, peccantes carcere stringe.*
4. *Multis conjunctum graviùs sit lædere semper, Quàm nulli, nisi sit dignus, dans utile multis.*

367.

QVÆ-

QVÆSTIO LXVI.

De Furto.

Art. Quæstio de furto, membris infarta novenis.

1. *Est usus naturalis rerum exteriorum*
Omnibus, ut natura petit, ratione regente.
2. *Omnis homo potis est proprijs gaudere quibusdam,*
Tam dum procurat, quàm dum dispensat easdem.
3. *Furtum,* rêi alienæ occulta ablatio, *dictum.*
4. *Constituunt species diversas, Furta, Rapinæ.*
5. *Iuxta Iustitiam, peccatum dicito furtum.*
6. *Et mortale quidem, sanctum nam lædit amorem.*
7. *Quod tamen extremis excusat, sicq; rapinæ.*
8. *Omnis homo peccat privatus, qui rapit ex vi.*
9. *Peccatum gravius furto, conclude rapinam.*

376.

QVÆSTIO LXVII.

De *Injustitia Iudicis.*

Art. Quatuor injustus Judex vult membra tenere.

1. *Non sibi subjectos, ullus non judicet unquam.*
2. *Nonq; ex scire suo privato, publica quærat.*
3. *Non damnet Iudex quenquam, accusante carendo,*
4. *Sed pœnam laxare valet pro parte supremus.*

380.

QVÆ-

QVÆSTIO LXVIII.

De Injustitia Accusatoris.

Art. Quatuor Articulos prava accusatio poscit.

1. *Si crimen, commune bonum quod lædit apertè,*
Noscas, atq; probes, rectè accusare teneris,
Siq; minùs, cautus sis, accusare vetaris.
2. *In scriptis, non verbis, accusatio fiat.*
3. *Impostor, fraudans, sistens, accusat iniquè.*
4. *Quiq; probare nequit, quod scripsit, talio danda.*
384.

QUÆSTIO LXIX.

De Reo, seu ejus defensione.

Art. Membra quaterna Reus pro se deposcit iniquus.

1. *Dum quærit Iudex, mentiri, vera negare,*
Culpa est mortalis, poteris sed pauca tacere,
Altius in casu, seu appellare Tribunal.
2. *Non licitum falsis rebus defendere se se,*
Falsum dicendo, vel verum quodq; tacendo.
Occultare licet, dum haud respondere teneris.
3. *Appellare licet, sentit quicunq; gravamen,*
Sin minùs, appellat non justè, peccat & inde.
4. *Iustè damnatus morti, defensor iniquus,*
Attamen injustè poterit defendere sese.
388.

QVÆ-

QVÆSTIO LXX.
De Testibus iniquis.

Quatuor Articulos Testis deposcit iniquus.

Art.

1. *Criminibus manifestis, quando infamia constat,*
Ordine servato juris, stans ante Tribunal,
Testari debes, reliquis absolvere tantùm.
2. *Sufficiunt testes numero terno, atq; duali.*
3. *Culpandos, vel non, testes removere licebit.*
4. *Qui falsum dicit testis, mortale subibit.*

392.

QUÆSTIO LXXI.
De Iniustitia Advocati.

Quatuor Articulis injustum claude Patronum.

Art.

1. *Pauperibus causis succurre necesse Patrone.*
2. *Inscius, impubes, surdus, mutus, furiosus,*
Procurare nequit, minimè decet atq; sequentes:
Vt Clerum, Monachū, Cœcumq;, Fidemq; negantem,
Infamem, pro crimine damnatum: excipe Clerum,
Et Monachos proprijs causis, quos dicere fas sit.
3. *Peccat Defendens semper non justa scienter.*
Restituatq;, secus, quando ignorantia vincit.
4. *Húic licet, at moderata salaria ferre laboris,*
Vt fert mos Patriæ, personæ conditioq;.

396.

QUÆSTIO LXXII.

De Iniuria Verborum.

Art. Quatuor Articulos Verborum injuria poscit.

1. *Verbis consistunt, Nomen convitia lædunt.*
2. *Si volita hæc fuerint, mortalia crimina gignent.*
3. *Hæcce repelle, bonum quærens, convitia dantis, Comprimis audacem, cum te defenderis ipsum; At perferre tamen, semper sis mente paratus.*
4. *Ex ira nasci certum convitia Matre.*

400.

QUÆSTIO LXXIII.

De Detractione.

Art. Quatuor Articulis Detractio clausa maneto.

1. Per verba, est alienæ denigratio famæ *Sat benè definita manet detractio culpa.*
2. *Qui studio nigrat, peccat mortaliter ille. Non studioq; minùs famæ ni damna sequantur.*
3. *Est gravior furto, gravior mactare manebit.*
4. *Quiq; audit, minimè compescit, peccat & ille.*

404.

QUÆSTIO LXXIV.

De Susurratione.

Art. Articulis binis turpem conclude susurrum.

1. *Detractor famam, læditq; susurrus amicos.*
2. *Hæc gravior culpa est, quàm detractoris iniqui.*

406.

QVÆ.

QUÆSTIO LXXV.
De *Derisione*.

Art. Clauditur Articulis etiam derisio binis.

1. *A culpis alijs linguæ, derisio differt.*
2. *In parvis, Venia est, magnis mortalis habetur.*

408.

QUÆSTIO LXXVI.
De *Maledicentia seu maledictione.*

Art. Quatuor Articulis constat maledictio clausa.

1. *Optando, illicitum maledicere semper habetur.*
2. *Est blasphemia, facta Dei, maledicere Bruta,*
   Necq; ut sunt in se, maledicere bruta licebit.
3. *Magna mala exoptans, crimen mortale meretur,*
   Si studio faciat, contra, Veniale manebit.
4. *Detractor gravior generaliter à maledictis*
   Accidet esse tamen gravius maledicere crimen.

412.

QUÆSTIO LXXVII.
De Fraude.

Art. Quatuor Articulis defraudant, Venditor, Emptor.

1. *Cariùs, ac liceat, vendens mortale meretur,*
   Fraudem jungendo, vel viliùs illud emendo,
   Si fraus non subsit, culpis absolvitur ipse.
2. *Vendere quid pro quo, seu affectanter emendo*

Non

Non licet, & rem, vel mensuram falsificando

3. *Occultans vitium, vendens sine fraude maligna Emptoris, minimè peccat, ni damna sequantur.*

4. *Sustentans vitam, Mercator honestus habetur, Sed lucri studio faciendum turpe sit istud.*

416.

QUÆSTIO LXXVIII.

De Usura.

Art. Quatuor Articulis Usuras claudere præstat.

1. *Illicitum, Usuram committere semper habetur.*
2. *Nil, nisi pro nummis acceptis percipe, gratìs.*
3. *Reddere non debes, quorum consumitur usus, Ast aliàs lucrata teneris reddere semper.*
4. *Usurare nefas, tamen excipe sæpè paratos.*

420.

QUÆSTIO LXXIX.

De eo, quod dicitur bonum fac, & declina à malo.

Art. Quatuor Articulis, bona fac, contraria vita.

1. *Hæc duo, Iustitiæ partes conclude manere.*
2. *Peccatum speciale manet, transgressio quævis.*
3. *Debita justitiæ linquens specialia, peccat.*
4. *Simpliciter gravior transgressio, non faciente, Sed gravior quandoq; omissio, transgrediente.*

424.

QUÆ-

QUÆSTIO LXXX.

De partibus potentialibus Iustitiæ.

Art. Uno Justitiæ partes conclude potentes.

1. *Relligio, Pietas, Verum, Observantia, Vindex,*
Gratia, amicitia, & Largîentia, divide justum.
425.

QUÆSTIO LXXXI.

De Religione.

Art. Relligio, Articulos octo deposcit habere.

1. *Relligione Deum colimus ritè, ac reveremur.*
2. *Hinc meritò virtutibus annumeranda videtur.*
3. *Vnus simpliciterq; habitus Déum respicit unum.*
4. *Relligio distincta alijs, specialiter extat.*
5. *Finis eam minimè ponit cum Theologandis.*
6. *Inter morales, excellentissima Virtus.*
7. *Perficit interiùs primò, exteriùsq; secundò.*
8. *A * sancta, differt tantundem per rationem.* * id est à sanctitate
433.

QUÆSTIO LXXXII.

De Devotione.

Art. Quatuor Articulis Devotio clausa manebit.

1. Actio stat quædam specialis, parte volente,
Servitio Divino, quæ est prompta, atq; parata,
Sat benè per totum Devotio scripta manebit.

2. *Dicitur hinc actus Virtutis Relligionis.*
3. *Devotos, Divinorum meditatio, præstat.*
4. *Gaudet, lætatur, mox Tristitiâq; probatur.*

437.

QVÆSTIO LXXXIII.
De Oratione.

Art. Septem, tumq; decem Articulos Oratio poscit.

1. *Est orans intellectus, non appetit orans.*
2. *Hocq; necesse petit Domini complenda voluntas.*
3. *Hanc per, eum revereris, ut actum Relligionis.*
4. *Est Deus orandus, post hunc, Sanctiq; vocandi.*
5. *Quorum usus bonus est cunctis, pete singula semper.*
6. *Primò Regna Dei, pòst, cætera quæq; petenda.*
7. *Non pro se solùm, ast alijs, orare potest quis.*
8. *Est orare pro amicis, nec non pro hostibus, æquum.*
9. *Convenit orantem septem constare petitis.*
10. *Qui ratione valent, propriè illi orare tenentur.*
11. *Orant in Patria Sancti, sunt Nostra juvantes.*
12. *Ores voce Deum cum multis, solus ad intra,*
Nil etiam prohibet solum quem orare decenter.
13. *Orando attendas, sit saltem intentio prima,*
Vt mereâre, exores, spiritualia captes.
14. *Semper Nos orare jubet dilectio sancta.*
In reliquis, donec non vincant tædia mentem
15. *Estq; merens, Oratio amans, cum Relligione.*

16. *Non*

16. *Non audire Deum peccantes, lege tenemus,*
Respicit orantes animo Miserentia recto.
17. *Conveniunt illi partes: Oratio sancta,*
Obsecratio, agens grates, post postulat ipsa.

454.

QVÆSTIO LXXXIV.

De Adoratione.

Art. In tribus Articulis Virtus consistit Adorans.

1. *Actus Religionis erit si flectis adorans.*
2. *Corpore, non animo solùm, id præstare teneris.*
3. *Corporibusq; locum quæras, quo pronus adores.*

457.

QUÆSTIO LXXXV.

De Latria.

Art. Sacrificanda Deo clauduntur sorte quaterna.

1. *Hoc natura jubet, Domino nos sacrificemus.*
2. *Sacrificando Deo soli, qui cuncta creavit.*
3. *Omnis, Religionem, Sancta Oblatio spectat.*
4. *Sacrificare Deo debet quisq; interiora,*
Exteriora tamen, præcepto offerre tenetur.

461.

QUÆSTIO LXXXVI.

De Primitijs.

Art. Quatuor Articuli numerantur Primitiarum.

1. *Offert omnis homo Domino de lege Recenti.*
2. *In Domino, ac populo, mediet cùm Presbyter, illi*
Eſt aliquid dandum, propriũ, quod ſpectet ad uſum,
Procurare Dei cultum, ſuccurrere egenti.
3. *De quovis juſtè poſſeſſo offerre licebit,*
Non ex injuſto, magnum tamen excipe caſum.
4. *Primitias offerre Deo, lex priſca jubebat,*
Reſpicit ad Patriam nova, quantùm Eccleſia dictat.

465.

QUÆSTIO LXXXVII.
De Decimis.

Art. Quatuor Articulis Decimas concludis opimè.

1. *Vt Decimæ dentur, Natura, Eccleſia, mandant.*
2. *Vt mos eſt Patriæ, de cunctis eſt decimandum.*
3. *Clericus ut decimat, potis eſt decimare Laicus.*
4. *Clerus non decimat Clerum, poſſeſſa requirit.*

469.

QUÆSTIO LXXXVIII.
De Voto.

Art. Bis ſex Articulis conjunctis, Vota vovebis.

1. *Conſule, proponas, promittas, Vota vigebunt.*
2. *Votum de meliore bono concluditur eſſe,*
Actus id eſt Virtutis, Libertate manente.
3. *Obligat impleri omninò, à quocunq̃, fideli.*
4. *Expediens homini eſt Voto ſe ſtringere ſancto.*

5. *Eſt*

5. *Est actus, Votum Latriæ, ac Relligionis.*
6. *Ex voto faciens, laudatur, plura meretur,*
Quàm faciens quodcunq; bonū, tamen absq; vovendo.
7. *Ordine suscepto, Votum solenne manebit,*
Vel dum suscipitur claustralis Regula vitæ.
8. *Abs scitu voveat minimè subjectus ad altrum.*
9. *Non voveat puer impubes, rationis & expers,*
Si voveat pubes votum, hoc implere tenetur,
Sit solenne licèt, vel simplex? stringit utrumq;.
10. *Dispensare potest Prælatus Vota suorum.*
11. *Non dispensantur professi, à Virginitate,*
Ordo sacer dispensatur, dum Ecclesia dictat.
12. *Solus Prælatus dispensat, votaq; mutat.*

481.

QUÆSTIO LXXXIX.
De Iuramento.

Art. Juramenta, decem membris conclusa tenentur.

1. *Qui jurat, pro teste Deum vocat ille Supremum.*
2. *Iurans absq; necesse, malum facit, illicitumq;.*
3. *Hûic comites, verum, justum, sint, judiciumq;.*
4. *Est actus semper Latriæ, ac Relligionis.*
5. *Vtile, nonq; necesse sit, haud jurare licebit.*
6. *Per Dominum jurans primò, atq; creata secundò,*
Vera Dei signantia, contestatur is ille:
Execrans autem, jurat per clara creata.
7. *Asseris, aut juras promittens? stringit utrumq;.*

8. *Votum, quàm juramentum, magìs obligat omne.*
9. *Qui votum, juramentum dispensat is idem.*
10. *Perjuri, pueri, clerus, jurare vetantur,*
Vtile ni fuerit Clero, multùmq; necesse.

491.

QVÆSTIO XC.
De *Adjuratione.*

Art. In tribus Articulis petit Adjuratio claudi.

1. *Adjurare, hominemq; , Deumq; licet, tamen adsint,*
Hùic adjurando varians ratioq;, modusq;.
2. *Dæmon pellendus Divino Nomine Sancto,*
Né noceat cuîquam, minimè tamen ipse vocandus.
3. *Bruta quidem vanum, tamen adjuratio stabit.*

494.

QVÆSTIO XCI.
De Laude Dei.

Art. Laus Domini, membris constat perstricta duobus.

1. *Laudandus Dominus, sed Laus humana recedat.*
2. *Estq; bonum, laudare Deum cum supplice cantu.*

496.

QVÆSTIO XCII.
De Superstitione.

Art. Clausa superstitio membris per puncta duobus.

1. *Hoc Vitium, excessu pugnat cum Relligione.*

2. *Ejus*

2. *Ejus sunt species: veri Dèi cultus ineptus,*
Divinans, Observans, idolumq; colentes.

498.

QVÆSTIO XCIII.

De speciebus superstitionis, & 1mò de cultu pernicioso.

Art. Articulis binis Domini stat cultus ineptus.

1. *Aut ex parte rei contingit significatæ,*
Aut ex parte colentis, cultus perniciosus.
2. *Sæpiùs hunc præstabit disproportio finis.*

500.

QVÆSTIO XCIV.

De Idololatria.

Art. Quatuor Articulis hærent, idola colentes.

1. *Est species Idolorum cultura nefanda,*
Estq; superstitio genus, in quo clauditur illa.
2. *Culpaq; mortalis, juxta genus, intus & extra.*
3. *Sit licèt illa gravis de se, tamen exsuperatur*
4. *Prodijt ex homine, at Dæmon consummat eandem.*

504.

QVÆSTIO XCV.

De Divinatione.

Art. Articulis octo vult Divinatio claudi.

1. *Est mortale scelus; de, divinare, futuris.*

2. Di-

2. *Divinans operans, stat parte superstitionis,*
Intentus finis Curiosum dicit eundem.
3. *Nicromanta, augur, species sunt, sortilegusq.*
4. *Non licet omninò petere à Cacodæmone quidquam.*
5. *Esse nefas Nôris, contingens scire per astra,*
Naturale potest sciri, nam dicit honestum.
6. *Somnia naturæ bona sunt, mala, Dæmonis arte.*
7. *Non licet augurijs omen captare nefandum.*
8. *In Domino licitæ sortes, non Dæmonis, arte.*
512.

QUÆSTIO XCVI.
De Observatione.

Art. Quatuor Articulis claudi observatio poscit.

1. *Falsa est ars, damnata ideo Notoria semper.*
2. *Corpora mutantes causas, varium tribuentes*
Effectum, observare licet, tamen istud inane.
3. *Et quibus eventus quæruntur, non licitæ sunt.*
4. *Verba Dei ad collum suspendere, (falsa nisi sint)*
Est licitum, contrà tamen est laudabile majus.
516.

QVÆSTIO XCVII.
De *Tentatione Dei.*

Art. Quatuor in membris, Domini tentatio sistit.

1. *An Deus omne sciat? velit? an num deniq. possit?*
Explorans, Domini per se tentator habetur.

Libe-

Liberet anné Deus? tentans interprete sistit.
2. *Tentans, ut virtus Domini noscatur abundè,*
Est mortale scelus, verùm Experientia non sic,
Quam facis, ut Domini perfectio sit manifesta.
3. *Vis tentare Deum? pugnas in Relligionem.*
4. *Hoc grave peccatum, graviùsq; superstitionis.*
520.

QVÆSTIO XCVIII.
De Perjurio.

Art. Quatuor Articulis perjuria claudere præstat.

1. *Qui falsum jurat, perjurus dicitur ille.*
2. *Quisquis perjurat, peccator publicus est hic.*
3. *Et non simpliciter, peccat mortaliter idem.*
4. *Delator nunquam cupiat perjuria partis,*
At poterit Iudex permittere parte volente.
524.

QVÆSTIO XCIX.
De Sacrilegio.

Art. Quatuor in membris clauduntur sacrilegantes.

1. *Sacrilegus;* violans sacras res, *dicitur esse,*
2. *Sacrilegum crimen, semper speciale vocandum.*
3. *Quot rerum numeras sacra, tot sunt sacrilegata.*
4. *Censura Excludens pœna æqua est sacrilegantûm*
Sed mors, cum mulcta nummorum, sunt medicina.
528.

QUÆSTIO C.

De Simonia.

Art. In ſex Articulis concluſa Simonia ſiſtit.

1. *Quidquid emis ſtudio, vel vendis ſpirituale,*
Seu illi conjunctum, certa Simonia conſtat.
2. *Sacramentorum merces percepta ſimonat,*
Excipe quæq; neceſſa, ac compenſare laborem.
3. *Non vendas, vel emas, quod ſpectat Spirituale;*
Suſtentare miniſtros, nulla ſimonia fiet.
4. *Non recipit nummos dependens Spirituali,*
Quodq; minùs pendet, licet ex hoc ſumere nummos.
5. *Lingva, vel obſequium ſtudioſa ſimonia ſunto.*
6. *Quiſq; Simon perdat condignè parta Simonis.*

534.

QUÆSTIO CI.

De Pietate, ut eſt Virtus.

Art. Quatuor Articulis Pietas concluditur in ſe.

1. *Ad conterrigenas, cognatos, atq; Parentes,*
Certas Perſonas, Pietas extenditur amplè.
2. *Hiſq; prior debetur honos, his ſubijciendum.*
3. *Eſt Pietas, Virtus ſpecialis, quâ colit omnis,*
Cum conſangvineis, Patriam, proprioſq; Parentes.
4. *Relligio Pietatis non dimittere mandat*
Officium, ni illo cultus Dêi impediatur.

538.

QVÆ-

QUÆSTIO CII.
De Obſervantia.

Art. In tribus Articulis manet obſervantia clauſa.

1. *Eſt Virtus quædam ſpecialis ſub Pietate,*
Per quam, Majori præſtatur cultus, honoſq́.
2. *Hoc munus ſemper petit obſervantia de ſe.*
3. *Hac Pietas major, plùs, quàm Obſervantia dicens.*

541.

QVÆSTIO CIII.
De Dulia.

Art. Quatuor Articulis Duliam claudere juſtum.

1. *Interiora petit Divinus honor, tamen addit*
Iuxta hominem exterius ſignum, quod corporeum ſit.
2. *Cùi debetur honor, ſupponitur eſſe ſupra te.*
3. *Quando Deus colitur ritè, dic eſſe Latriam,*
Quādo homo, vel Dominus, Major, Dulia vocetur.
4. *Sumitur ut ſtrictè, ſpecies non accipit ullas,*
Sunt latæ, Pietas, ac Obſervantia, partes.

545.

QVÆSTIO CIV.
De Obedientia.

Art. Articulis ſenis hæret, qui promptus obedit.

1. *Inferior majori promptus Obediat omnis.*
2. *Eſt Virtus ſpecialis, promptè quâ quis Obedit*

Quæ tacitè, ſeu expreſsè facienda jubentur.
3. *Maxima ſit Virtus, proprium ſubmittere velle,*
Idq; Dei causâ, mores quæ regulat aptè.
4. *Subdere velle ſuum Domino, æquum eſt, Omnipotenti.*
5. *In queis ſubijcitur, promptè quis Obediat altro,*
Ni in Dominum pugnet mandans, præcepta poteſtas.
6. *Chriſticolæ Dominis mundi id præſtare tenentur.*

551.

QUÆSTIO CV.

De Inobedientia.

Art. Mandata oppugnans, Crimen ſtat ſorte duali.

1. *Temnere juſſa Dei, crimen mortale vocetur.*
2. *Hæcq; ſit omninò concluſa graviſſima culpa.*

553.

QVÆSTIO CVI.

De Gratia ſeu Gratitudine.

Art. Gratia gratificans ſenis eſt clauſa cothurnis.

1. *Eſt quædam Virtus benefacti munera gratans,*
A reliquis diſtincta manens, & gratia dicta.
2. *Eſſe Deo gratus debet magis, aut minùs amplè,*
Innocuus, culpæ, vel quem jam pœnitet actæ.
3. *Qui benefacta Tibi fecit, ſis gratus eidem.*
4. *Iuxta animum ſtatim, non rem penſentur at iſta.*
5. *Vtile compenſans effectum reſpicit ipſum,*
Affectum dantis penſat, qui ſervit honeſto.

6. Hoc

6. *Hoc jubet affectum pensari, imò exsuperari.*
559.

QUÆSTIO CVII.
De Ingratitudine.

Art. Quatuor Articulos ingratus contrahit adse.

1. *Ingratus, pugnans cum grato, peccat apertè.*
2. *Hoc crimen varijs gradibus speciale vocatur.*
3. *Interdum mortem, veniam, quandoq; meretur.*
4. *Ingratos prives, meliùs tamen ut resipiscant.*
563.

QVÆSTIO CVIII.
De Vindicatione.

Art. Quatuor in membris tandem vindicta tenetur.

1. *Illicita est vindicta iræ, hæcq; licebit amoris.*
2. *Est Virtus specialis quâ se vindicat alter.*
3. *Legibus humanis, Divinis, plurima pœna*
Conditur in pravos, per quam vindicta petenda.
4. *Iustos non tangit, sed pravos, atq; volentes.*
567.

QUÆSTIO CIX.
De Veritate.

Art. Quatuor Articulis mandamur dicere verum.

1. *Est virtus propriè consistens, dicere verum.*
2. *Disponens verbum, factum, signum, specialis.*

3. *Est pars Iustitiæ, ut primæ conjuncta secunda.*
4. *Affirmare minùs liceat de se, haudq; negare,*
571.

QVÆSTIO CX.
De Mendacio.

Art. Quatuor Articulis mendacia clausa vetantur.

1. *Directè, contra verum, mendacia pugnant.*
2. *Officiosum hoc, perniciosum, dicq; jocosum.*
3. *Mentiri de se, peccatum; dicito verum.*
4. *Officium, atq; jocus mendax, venialia sunto,*
Mortalem culpam producit perniciosum.
575.

QVÆSTIO CXI.
De Simulatione, & Hypocrisi.

Art. Quatuor Articulos simulans, & hypocrisis, urgent.

1. *Quisquis se simulat, peccator dicitur ille.*
2. *Omnis hypocrisis, est simulatio, non tamen ista.*
3. *Impugnat per se verum simulator iniquus.*
Virtutes alias non per se impugnat is idem.
4. *Non curans, simulans Sanctum se velle videri,*
Criminis iste reus mortalis dicitur esse;
Intendens tantùm, veniam, mortemvé meretur;
Iuxta quod fuerit, vel non, inimicus amoris
579.

QVÆ-

QVÆSTIO CXII.
De Iactantia.

Art. In membris vitium Jactantia siste duobus.

1. *Iactans excedit verum, sic pugnat in illud.*
2. *Se jactare, Deum contra, vel temnere Fratres,*
Est mortale scelus, secus est leviùs graviùsq́.
781.

QUÆSTIO CXIII.
De Ironia.

Art. Ironia manet membris contenta duobus.

1. *Qui negat, aut de se mentitur quæq́ minora,*
Grandia cum sint hæc, peccat mortaliter ille.
Non tamen occultans majus, peccator habetur.
2. *Ironia minor jactanti, non tamen omnis.*
783.

QVÆSTIO CXIV.
De Affabilitate.

Art. Atticulis Affabilitas conclusa duobus.

1. *Est affabilitas, specialis nomine Virtus.*
2. *Est pars Iustitiæ, ut primæ conjuncta secunda.*
785.

QUÆSTIO CXV.
De Adulatione.

Art. Blandus Adulator membris stat sorte duobus.

1. *Pec-*

1. *Peccat adulator, delectans quem studio sè.*
2. *Est mortale scelus, laudans, præbensq; ruinam,*
Commoda, vel lusum quærens, veniale subibit.

587.

QUÆSTIO CXVI.
De Litigio.

Art. Articulis itidem Lites conclude duobus.

1. *Litigium factum, defectum propter, amoris,*
A Discorde venit, contristans oppositum sit,
Ac contra gratam pugnans Affabilitatem.
2. *Peccat adulator leviùs, quàm litigiosus,*
Per se se, contingit adulantemq; gravari.

589.

QVÆSTIO CXVII.
De Liberalitate.

Art. Sex petit Articulos dans munera, munificusq;.

1. *Vtimur hac virtute, externâ sorte bonorum.*
2. *Materiam propriam, nummos, hæc respicit ipsa.*
3. *Atq; bonum horum usum, propriũ sibi vendicat actũ.*
4. *Huc dare spectabit, perfectius accipiendis.*
5. *Iustitiæ species non est, annectitur illi.*
6. *Insignis Virtus, alijs tamen exsuperatur.*

595.

QVÆ-

QUÆSTIO CXVIII.

De Avaritia.

Art. Articulis octo comprênditur omnis avarus.

1. *Divitias cupiens injustas, peccat avarus.*
2. *Immoderatus amor nummorum, tumq; domorum,*
Est speciale nefas, sed non quæcunq; cupiscis.
3. *Iustitiam vitium hoc impugnat, munificosq;.*
4. *Iustitiam impugnans, crimen mortale manebit,*
Sed dum munificos, minimè, ni lædat amorem.
5. *Magna licèt videatur, non est maxima culpa.*
6. *Spirituale potest titulari crimen avari.*
7. *Plurima producit de se, hinc capitale vocandum*
8. *Inquiêtudo, Proditio, Fallacia, fraudes,*
Perjurus, violens, ac immiserentia dura,
Respiciunt veluti Matrem, de fonte fluunt hoc.
603.

QUÆSTIO CXIX.

De Prodigalitate.

Art. In tribus Articulis consistit prodiga culpa.

1. *Prodigus excessu contraria munifico dat,*
Defectu dandi tamen impugnabit avarum.
2. *Contra munificos pugnans, est culpa maligna.*
3. *Attamen est gravior peccator, dictus avarus.*
606.

QVÆ-

W

QVÆSTIO CXX.

De Epiikia.

Art. Clauditur Articulis legum emendatio binis.

1. *Dirigit hæc leges, virtutibus annumeranda.*
2. *Est pars Iustitiæ Legalis, rectaq; norma.*
608.

QUÆSTIO CXXI.

De Dono Pietatis.

Art. Vt Donum, Pietas membris conclusa duobus.

1. *Est Pietas Donum Dêi, quâ reveremur eundem.*
2. *Ordine spectato mitis, respondet eidem.*
Quartam, cum quinta, Doni ratione reposcit.
610.

QVÆSTIO CXXII.

De Præcepto Iustitiæ.

Art. Justitiæ, senis præceptum claude cothurnis.

1. *Iustitiam Decadis præceptis omnibus aptes.*
2. *Sat benè falsorum vetita est cultura Deorum.*
3. *Et sequitur, Domini non sumas nomina vanè.*
4. *His positis; primò mandantur Sabbata Sancta.*
5. *Sat benè post Domini cultum, venerare Parentes.*
6. *Proximus hinc sequitur Dominũ, Propriosq; Parẽtes.*
616.

QVÆ-

QVÆSTIO CXXIII.

De *Fortitudine*.

Art. Clauditur Articulis bis ſenis Fortia tractans.

1. *Eſt benè moralis Virtus, quæ fortia dictat.*
2. *Hæc animum firmans, generali nomine gaudet,*
Sed ſpecialis erit, ſi quando pericula ſubſint.
3. *Audaces moderans, nimiùm cohibenſq; timentes.*
4. *Hæc etiam ſuperat quæcunq; pericula mortis.*
5. *Tam bellis privatis, quàm communibus apta.*
6. *Actus nobilior, perferre pericula quævis,*
Quàm ſi decertes in ſtando, vel aggrediendo.
7. *Proximus eſt illi finis, cûi aſſimilatur*
Ipſe habitus, Finis verò Deus, ultimus ipſe.
8. *Fortibus eſt animus, lætus ſtat corpore ſenſus.*
9. *Eligit ut fortis, ſic nulla repentè valeſcunt,*
Hæc licèt oſtendant animum ſat fortibus aptum.
10. *Iram fortis habet moderatam per rationem.*
11. *Cùm commune aliјs teneat benè Cardo vocatur.*
12. *Primus erit Prudens, mox Iuſtus, deniq; fortis,*
Quarta ſubit ſtatio Virtutis Temperiei.

628.

QVÆSTIO CXXIV.

De *Martyrio*.

Art. Martyrium præſtat membris concludere quinque.

1. *Martyrium, Fortis Virtutis dicitur actus*

2. *Nascitur ex Forti Christi firmando fideles.*
3. *Collatum forti, non est perfectio summa,*
Attamen exiliet, si confrontetur amori.
4. *Martyrij ratio, moriendum præcipit esse.*
5. *Et non sola Fides, Virtutes, Martyrium dant.*
633.

QVÆSTIO CXXV.
De Timore.

Art. Quatuor Articulis pavidum conclude Timorem.

1. *Peccatum timor est, si pugnat cum ratione,*
Sed minimè dicendus erit, ratione regendus.
2. *Impugnat Fortem mortis timor, ordinis expers,*
Communis variæ virtuti bella minatur.
3. *Est crimen mortale, timens perversa voluntas,*
Contra jura Dei, sensus veniale patrabit.
4. *Excusat culpis, sumptus timor absq; volendo.*
637.

QVÆSTIO CXXVI.
De Intimiditate.

Art. Articulis fas intimidum concludere binis.

1. *Intimidus peccat stolidus qui perdit amorem,*
Sive sit elatus, sed non, qui invincibilis sit.
2. *Hic contra fortem, defectu pugnat amoris,*
Excedit timidus, qui non metuenda perhorret.
639.

QVÆ-

QVÆSTIO CXXVII.

De *Audacia*.

Art. Clauditur Articulis demens audacia binis.

1. *Audax, qui moderante caret, peccator habetur.*
2. *Fortibus iste movet bellum, contràq; minatur.*

641.

QVÆSTIO CXXVIII.

De *Partibus Fortitudinis*.

Art. Articulus, Fortis concessus partibus, unus.

1. *Integrat Patientia, Magnificentia fortem,*
At Fiducia, Persistentia, Magnanimansq;.

642.

QVÆSTIO CXXIX.

De *Magnanimitate & Fiducia*.

Art. Magnanimæ Virtutis opus petit octo cothurnos.

1. *Magnanimus rectè circa versatur honores.*
2. *De ratione venit, magnis incumbere cùivis.*
3. *Est Virtus magnis statuens modum honoribus ipsa.*
4. *Et specialis erit, bona, quæ specialia versat.*
5. *Fortia dictantis pars est, annectitur illi.*
6. *Robore se firmans Fiducia spectat ad illam.*
7. *Si secura venit cum forti, jungitur illi*
8. *Magnanimos fortunarum bona sæpe juvabunt.*

650.

QVÆSTIO CXXX.
De Præsumptione.

Art. Articulis binis constat Præsumptio clausa.

1. *Quòd superat vires præsumens, peccat iniquè.*
2. *Magnanimos contra, excessu depugnat is idem.*
652.

QVÆSTIO CXXXI.
De Ambitione.

Art. Ambitio binis membris conclusa tenetur.

1. *Est ambire scelus, dum vult indignus honorem.*
2. *Magnanimos excessu impugnans, ordine verso.*
654.

QUÆSTIO CXXXII.
De Inani gloria.

Art. Gloria sub quinis membris inflatur inanis.

1. *Est crimen certum, petitur dum gloria vana;*
Laudari, qui laude caret, mundové placere,
Seu laudem ad finem pravum disponere velle.
2. *Magnanimos contra, depugnat gloria vana.*
3. *Non causat mortem, nisi dum dilectio læsa.*
4. *Est Capitale malum, producens crimina multa.*
5. *Iactans, contendens, simulans, non promptus obedit.*
Discors, ac temerans, Præsumptio, dans novitates,
Hac sub Matre manent, sub qua lactantur alumnæ.
659.

QVÆ-

QVÆSTIO CXXXIII.
De Parvanimitate.

Art. Parvanimum membris breviter conclude duobus.

1. *Parvanimus peccat, non audens, quæ sibi constant.*
2. *Magnanimo directè stat contrarius idem.*

661.

QVÆSTIO CXXXIV.
De Magnificentia.

Art. Quatuor Articulis est Magnificentia clausa.

1. *Inter virtutes benè Magnificentia sistit.*
2. *Iuxta materiam externam, specialis habetur.*
   Sed generalis erit, si respicit intus & extra.
3. *Ejus materies magnis in sumptibus hæret,*
   Et vl nummorum per quos moderamur eosdem.
4. *Est pars virtutis fortis conjuncta secunda.*

665.

QVÆSTIO CXXXV.
De Parvificentia.

Art. Clauditur Articulis bene Parvificentia binis.

1. *Est vitium directum, Parvificentia quævis.*
2. *Contra quam Consumptio, tum Profusio pugnat.*

667.

QUÆSTIO CXXXVI.
De Patientia.

Art. Articulos quinos Patientia continet in se. 1.

1. *Est Virtus*, vincens Patientia tristia quæquæ
2. *A multis superatur, nonq; potissima virtus.*
3. *Filia cum sit amoris, gratia firmat eandem.*
4. *Fortia mandantis, pars est, & jungitur illi.*
5. *Longanimus, Patiens, secum sunt compatientes.*
667.

QUÆSTIO CXXXVII.
De Perseverantia.

Art. Quatuor Articulis est Persistentia clausa.

1. *Est Virtus specialis persistens bono honesto.*
2. *Fortia mandanti sicuti pars jungitur illa.*
3. *Hæc cum Constanti, finem, prospectat ad unum.*
4. *Indiget auxilio Divino Iustificante,*
Illam ut conservare queat, qui vivit in orbe.
676.

QVÆSTIO CXXXVIII.
De *Vitijs Oppositis Perseverantiæ.*

Art. Oppositas culpas membris conclude duobus.

1. *Mollities, Persistenti contraria pugnat.*
2. *Huic opponuntur pariter temeraria quævis.*
678.

QUÆSTIO CXXXIX.
De *Dono Fortitudinis.*

Art. Articulis donum concludas forte duobus.

1. *Dum*

1. *Dum stas in cæptis, vel magna pericula vincis,*
Gratia dicatur, cum Dono Flaminis Almi.
2. *Respondent sitientes illi, ac esurientes.*
680.

QVÆSTIO CXL.
De Præceptis Fortitudinis.

Art. Fortia mandantis claudas Præcepta duobus.

1. *Conveniens fuerat Præceptum fortibus addi*
2. *Lex Divina dedit Præceptum, Consiliumq́;,*
Fortia mandantis virtutis convenienter.
682.

QUÆSTIO CXLI.
De Temperantia.

Art. Temperies octo membris concluditur in se.

1. *Hæc moderans homines, virtutibus annumeratur.*
2. *Allicienda regit, Virtus specialis ab inde.*
3. *Inter, versatur, delectans atq́; cupiscens.*
Sensibus acceptum, moderatur tristia quæq́;.
4. *Respicit hæc Venerem, potumq́;, cibumq́; modestè.*
5. *Respicit ac etiam sua delectantia gustum,*
6. *Iuxta præsentis vitæ sumenda necesse.*
7. *Hæc alias moderatur, & ex hoc cardine gaudet.*
8. *Verùm Iustitia, & Fortis, præstantior illâ.*
690.

QVÆ-

QUÆSTIO CXLII.

De Vitÿs Oppositis Temperantiæ.

Art. Quatuor Articulos Vitia impugnantia poscunt.

1. *Est Insensibilis moderantibus hostis aperta.*
2. *Hinc Intemperies Vitium puerile vocatur, Quòd pueris faciat similes, quos afficit illud.*
3. *Est intemperies majus Vitium, Intimidante.*
4. *Præ reliquis Vitÿs hoc exprobratur habenti.*

694.

QVÆSTIO CXLIII.

De partibus Temperantiæ in Communi.

Art. Temperies partes membro concludit in uno.

1. *Integrare Verecundus valet hanc & honestus: Sobrius, abstineas, castus sis, tumq́ pudicus, Subjectiva tenent: Istæ sunt nempè potentes, Contineas, humilis, mansuetus, sisq́ modestus.*

695.

QVÆSTIO CXLIV.

De Verecundia.

Art. Membra Verecundos claudunt in sorte quaterna.

1. *Forma verecundans, non Virtus, passio dicta.*
2. *Vituperanda priùs, post turpia respicit acta*
3. *Ante Verecundans conjunctos major habetur*
4. *Nonq́ Verecundi, scelerans, bonus, atq́ senescens*

Acci-

Accidit hoc illis variâ ratione cuiq;.

699.

QVÆSTIO CXLV.

De Honestate.

Art. Quatuor Articulis concluditur omnis honestas.

1. *Respicit objectum Virtus iddem, quod honestas. Conveniunt secum, ratio distingvit utramq;.*
2. *Spirituale decorum non discordat honesto,*
3. *Vtile non differt, quo delectatur honestum. Vnum respiciunt varijs rationibus ambo.*
4. *Conditio non pars stat honestas Temperiei.*

703.

QVÆSTIO CXLVI.

De Abstinentia.

Art. Clauditur Articulis binis qui se abstinet escis.

1. *Abstineat Prudens escis Virtutis Alumnus.*
2. *Nam moderando cibos Virtus specialis habetur.*

705.

QVÆSTIO CXLVII.

De Iejunio.

Art. Articulis octo poscunt Jejunia claudi.

1. *Actus Virtutis faciunt jejunia quævis, Nam carnem macerant, solvunt peccata, levantq; Mentem, quæ jacuit terris, ad Regna superna.*

2. *Sed non alterius, quàm, quæ se se abstinet escis.*
3. *Præcipitur Domini, ac humanis legibus istud.*
4. *Omnes, ni impediantur, jejunare tenentur*
5. *Quadraginta dies, Vigiles, tempusq; quaternum.*
6. *Mandatur jejunis una comestio sanctè.*
7. *Sumere posse cibum benè nonâ adjungitur horâ.*
8. *Carnibus abstineat jejunans, lacteq;, ovoq;.*

713.

QVÆSTIO CXLVIII.
De Gula.

Art. Sex Gula membra petit, per quæ benè discutiatur.

1. *Multa vorans, ac multa bibens, peccator uterq;.*
2. *Hæc propter, Divina omittens, morte piandus.*
3. *Causat multa quidem, sed non est maxima culpa.*
4. *Sunt ejus species contentæ carmine parvo:*
Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè.
5. *Multa parit, Vitijs Capitalibus annumeratur.*
6. *Scurrilitas, immundities, lætatur ineptè,*
Multiloquax, hebetans mentem, nascuntur ab illa.

719.

QVÆSTIO CXLIX.
De Sobrietate.

Art. Quatuor Articulis concludas Sobrietatem.

1. *Sobrietas circa potum versatur abundum.*
2. *Impediens potum Virtus specialis habenda.*

3. Su-

3. *Sumere vina licet, ni quædam damna sequantur,*
Scandala, & excessus, votum, vel læsio mentis.
4. *Sobria sint: mulier, juvenis: nam prona voluptas,*
Dignior, atq; senex: sanâ ratione vigebunt.

723.

QVÆSTIO CL.
De Ebrietate.

Art. Clauditur Ebrietas membris comprênsa quaternis.

1. *Ebrietas Vitium est nimium potare cupiscens.*
2. *Simpliciter mortale manet, quando appetis illam.*
3. *Non tamen est inter culpas, hæc maxima culpa.*
4. *Siq; voluntati non subsit, libera culpis.*

727.

QUÆSTIO CLI.
De Castitate.

Art. Quatuor Articulos Castorum vita reposcit.

1. *Est Virtus usum Veneris ratione refrænans.*
2. *Sic specialis erit, generalis latiùs audit.*
3. *Condistincta manet moderanti quæq; ciborum.*
4. *Pertinet hucq; pudor, sumptus pro nomine casti.*

731.

QVÆSTIO CLII.
De Virginitate.

Art. Articulis quinis concludas Virginitatem.

1. *Mens, non sola caro, mundæ sint; Virgo reposcit.*
2. *Laus est, non Vitium, Divinis rebus amica.*
3. *Actu, & Proposito, Virtus specialis habetur.*
4. *Contemplansq; Deum nuptæ præponderat omni.*
5. *Eminet in castis, sed non est maxima Virtus.*

736.

QVÆSTIO CLIII.

De Luxuria.

Art. Articuli quini concludunt Luxuriantem.

1. *Hæc circa Venerem versatur, ut ipsa cupiscens.*
2. *Est usus Veneris licitus, sed prolibus aptus.*
3. *Ordo, modus, ratio, excedentia, culpa vocanda*
4. *Plurima causando capitalibus annumeratur.*
5. *Inconsiderat, inconstans, & præcipitator,*
Cœcus mente, suiq; amor, ac odium Omnipotentis
Affectus præsentis secli, horrorq; futuri,
Hoc de fonte fluunt, cunctorum Luxuria auctrix.

741.

QVÆSTIO CLIV.

De Partibus Luxuriæ.

Art. Bis sex Articulis partes stant luxuriantes.

1. *Concubitus simplex, incæstus, raptus, adulter,*
Contra naturam, stuprum, specialia sunto.
2. *Simplex concubitus peccatum morte piandum*
3. *Est grave sed mactare magis, tum temnere Divos.*

4. *Oscula cum tactu, sine hoc, mortalia sunto.*
5. *Pro casu, culpa est vel non, pollutio noctis.*
6. *Peccatum speciale stuprum est in Virgine læsa.*
7. *Iungitur huic Raptus, quanquam scindatur ab illo.*
8. *Constituit speciem propriam carnalis adulter.*
9. *Incæstusq; suam speciem determinat unam.*
10. *Sacrilegus violans sacratas, fundat eandem.*
11. *Contra Naturam, Vitium, est speciale, malignum:*
Bestia, Mollities, faciunt hoc, atq; Gomorrha,
Aut alias quando Veneris pervertitur ordo.
12. *Hoc inter culpas carnis supereminet omni,*
Tam deforme malum, quàm res turpissima per se.

753.

QVÆSTIO CLV.
De Continentia.

Art. Quatuor Articulos poscit qui continet in se.

1. *Parte aliquâ Virtus est, quòd si contineas te.*
2. *Hæc, ac adversans tactu versatur in ipso.*
3. *Illi non substat sensus, sed sola voluntas.*
4. *Hæc moderans Venerem primatu gaudet, at illâ*
Temperies potior, dum temperat ipsa cupita.

757.

QUÆSTIO CLVI.
De Incontinentia.

Art. Quatuor in membris sese non continet alter.

1. *Re-*

1. *Respicit hæc animum, illiusq́ occasio corpus.*
2. *Tactus, honor, dives, delectans, sunt vitiosa,*
Res aliæ minimè, per quas non currit abusus.
3. *Est intemperies gravior non seq́ tenente.*
4. *Turpior est tactus carnis, quàm quælibet ira,*
Ast iræ superant, actum trutinando sequentem.
761.

QUÆSTIO CLVII.

De Clementia, & Mansvetudine.

Art. Quatuor in mēbris Clemens, Mansvetus, habentur.

1. *Conveniant quamvis Clemens, mansvetus uterq́,*
Intra mansvetus, clemens moderatur ad extra.
2. *Virtutes meritò dic, quæ moderantur in ira.*
3. *Illas Temperies recipit, pro parte potente.*
4. *Disponit quævis, non estq́ potissima Virtus.*
765.

QUÆSTIO CLVIII.

De Iracundia.

Art. Irascens Vitium membris concluditur octo.

1. *Est laus irasci, ratio sed prædominetur.*
2. *Siq́ modum excedas ejus, jam culpa vocatur.*
3. *Vindictam cupiens mortalis, passio non sic.*
4. *Sit vehemensq́ licet, sed non est maxima culpa,*
Illam namq́ aliæ superabunt spirituales.
5. *Est iratus, amarus, acutus, difficilisq́.*

6. *Cri-*

6. *Crimina cùm pariat, Capitalibus annumeratur.*
7. *Rixa, tumor mentis, clamor, blaſphemia, contumelia, & indignatio, ſex naſcuntur ab illa.*
8. *Iræ defectus vitioſus redditur in ſe,*
Paſſio ſeu habitus, minimè ratione regente.

773.

QUÆSTIO CLIX.
De *Crudelitate.*

Art. Articulis in ſe Crudelem claude duobus.

1. *Clemens, Crudelis, ſecum contraria ſunto.*
2. *Eſt homo crudelis fera beſtia, ſævaq; dicta;*
Sic hominum vitium diſtinguas, ſi manet illis.

775.

QUÆSTIO CLX.
De Modeſtia.

Art. Articulis Virtus conſiſte Modeſtia binis.

1. *Temperies Mater, dicenda modeſtia nata.*
2. *Actus ipſa regit reſidentes intùs & extrà.*

777.

QVÆSTIO CLXI.
De *Humilitate.*

Art. Membra humilis Virtus ſenaria poſcit habere.

1. *Eſt humilis Virtus*, quæ cõprimit omne tumeſcẽs.
2. *Dum movet appetere, hæc propriè moderatur id iddẽ.*

3. *Omnibus hæc defert, tantùm promiscua demas.*
4. *Est quoq; pars, veluti ipsa Modestia, Temperiei.*
5. *Et post Iustitiam Legalem, maxima Virtus.*
6. *Bis senis gradibus Benedictus dividit illam.*

783.

QUÆSTIO CLXII.

De Superbia.

Art. Articulis octo subnixa superbia currit.

1. *Scire velis, peccatum est, prava superbia mentis.*
2. *Et speciale quidem, cupiens excellere cunctis,*
Sed generale manet, dum cætera dirigit ad se.
3. *Ejus subjectum irascens est, atq; cupiscens.*
4. *Quatuor his certum speciebus stare superbos:*
Vnus ait, quod habet, se non sumpsisse per altrûm.
Desuper ille datum, proprios meruisse per actus.
Tertius at bonitate carens, se dicit habere.
Despiciens quartus, solus vult ipse videri.
5. *Est mortale scelus, proprio de fonte superbum.*
6. *Avertensq; Deo, in peccatis maxima culpa.*
7. *Principium primum peccati dicitur omnis.*
8. *Vnâ parte caput, post hæc Regina, Parensq;.*

791.

QVÆSTIO CLXIII.

De peccato primi Hominis.

Art. Quatuor Articulis peccatum constat Adami.

1. *Pri-*

1. *Primi hominis primum peccatum ex mente superba.*
2. *Esse Deo similis petijt, bona, tum mala scire.*
Viribus ac proprijs, vitam in, transire beatam.
Non petijtq; Deo Naturâ consimilari.
3. *Non per se gravior primorum culpa Parentum,*
Sed quòd dedecuit Paradisi limina sancta.
4. *Non Evæ gravior, sed pondus adauxit Adamus.*
795.

QVÆSTIO CLXIV.

De pœnis peccati, primi hominis.

Art. Articulis binis consistit pœna Parentum.

1. *Mors, ac corporei defectus, pœna gulæ sunt.*
2. *Quas scriptura docet, pœnæ sunt convenientes.*
797.

QVÆSTIO CLXV.

De Tentatione Primorum Parentum.

Art. Articulis binis, Dæmon tentavit Adamum.

1. *Congruit, ut Dæmon cuperet tentare Parentes,*
Angelus ac demum lapsos bonus ipse juvaret.
2. *Convenit, ut mulier tunc tentaretur ab angve,*
Ac mulier seducta, dein tentaret Adamum.
799.

QVÆ-

QUÆSTIO CLXVI.

De *Studiositate*.

Art. Articulis binis conclusus sit studiosus.

1. *Incumbit primò studiosus cognitioni,*
Hanc ad opus posthac versando, dirigit ipsam.
2. *Est Virtus studiosa, potens pars, Temperiei.*

801.

QUÆSTIO CLXVII.

De *Curiositate*.

Art. Clauditur Articulis Curîosus mente duobus.

1. *Cognitio veri, quanquam in non crimina ducat,*
Attamen appetere hanc, fiet sine crimine nunquam.
2. *Curia tum peccat, fiunt dum cognita vana.*
Velq́ nocent, finis tamen omnia judicat ista.

803.

QUÆSTIO CLXVIII.

De Modestia externa.

Art. Quatuor Articulis externa Modestia constat.

1. *Motibus externis Virtus datur in ratione.*
2. *Ludis, atq́ jocis, Virtus datur Eutrapælia.*
3. *Excessus peccat, veniam, mortemvé meretur.*
4. *Defectus ludi culpam quandoq́ reportat.*

807.

QVÆ-

QUÆSTIO CLXIX.

De Modestia in Ornatu Exteriori.

Art. Articulos binos ornatus poſcit habere.

1. *Virtutem, ac culpas, ornatus, multiplices dat.*
2. *Ornata, haud mulier peccat, placitura maritò,*
Sed ſi vana petat, peccabit, ſiq; cupiſcat.

809.

QUÆSTIO CLXX.

De Præceptis Temperantiæ.

Art. Articulis binis præceptum eſt temperiei.

1. *Tam faciens benè, quàm cupiens prohibetur adulter.*
2. *Præcipit acta Deus moralia convenienter.*

811.

QVÆSTIO CLXXI.

De Eſſentia Prophetiæ.

Art. In ſex Articulis concluſa Prophetia vatum.

1. *Cognoſcit primò, poſt audit verba Propheta.*
2. *Paſſio, non habitus, dicta eſt doctrina Prophetæ.*
3. *Res hominum, atq; Dei, carnales, ſpirituales,*
Scire Propheta valet, propriè ſed ſola futura.
4. *Omnia quæ fieri poſſunt, cognôſſe Prophetam*
Non opus, at tantùm, quæ tum Deus ipſe revelat.
5. *Quæ Dominus, dicit, credit firmiſſimus ille,*
Inſtinctu dubitat, Domini ſint, vel ſua verba?

6. *Non potis est fieri, dicat quòd falsa Propheta.*
817.

QVÆSTIO CLXXII.
De Causa Prophetiæ.

Art. In sex Articulis conclusa est causa Prophetans.

1. *Non Natura facit vates, Deus ordinat illos.*
2. *Author eis Dominus, post Angelus ipse minister.*
3. *Naturam frustra disponas, dat Deus, ut vult.*
4. *Non Sanctis tantùm, & peccātibus hanc Deus indit.*
5. *Dæmonis ex astu, non est, Deus ipse revelat.*
6. *Dæmone sufflati, verum quandoq; loquuntur,*
Non tamen ex illo, Domino tanguntur ab ipso.
823.

QUÆSTIO CLXXIII.
De modo Propheticæ Cognitionis.

Art. Quatuor in membris modus est cognôsse, Prophetæ.

1. *In visu vatum haud Essentia Diva videtur,*
In speculo veluti, lustrantur lumine Divo.
2. *Influit in mentem illorum quandoq; Dei lux,*
Induuntur species aliquando, vel variantur.
3. *Et dum per speciem noscunt, abstractio stabit,*
Dumq; repentè vident, totum præstabit imago.
4. *Non opus est, quæ prædicunt, cognoscere vates,*
Hoc causatur eis defectu labilitatis.
827.

QVÆ-

QUÆSTIO CLXXIV.

De Divisione Prophetiæ.

Art. In sex Articulis divisa Prophetia sistit.

1. *Hac prædestinat omne Deus, præscitq́, minatur.*
2. *Dignior est mentis, quàm visio imaginis ulla.*
3. *At vatum distingve gradus in imagine sola.*
4. *Simpliciter, Moyses fuerat præstantior omni*
Vate in Iudæa, reliqui stant parte minutâ.
5. *In Patria, Sanctos non dicas esse Prophetas.*
6. *Ad Fidei credenda Prophetia tempore crevit,*
Vtq́, docet mores, nec crevit, nec variata.
Conditio diversa tamen facti excipienda.

833.

QUÆSTIO CLXXV.

De Raptu.

Art. Enumerat Vatum Raptus senaria membra.

1. *Ad Divina rapit mentes abstractio sensûs.*
2. *Quanquam intellectus tantùm rapiatur ad alta,*
Concupienda tamen raptum vis suscipit aptè
3. *In raptu, à Paulo Divina Essentia visa.*
4. *Abstractus fuerat pro tunc à sensibus ille.*
5. *Non tamen ex toto corpus, mens illa reliquit.*
6. *Nescijt hoc Paulus, prout attestatur & ipse.*

839.

QVÆ-

QUÆSTIO CLXXVI.

De Gratia lingvarum.

Art. Gratia lingvarum membris conclusa duobus.

1. *Omnes Discipulos, lingvarum munere, Sanctus Spiritus instruxit, gentes formare decet sic.*
2. *Dignior est Doctrina Prophetæ, munere lingvæ.*

841.

QUÆSTIO CLXXVII.

De gratia sermonum.

Art. Gratia sermonum membris comprênsa duobus.

1. *Condecet, ut præter lingvas, sermone valerent.*
2. *Ad privata loqui fæmellas sermo decebat, Non decuit tamen, ut populos fæmella doceret.*

843.

QUÆSTIO CLXXVIII.

De Gratia Miraculorum.

Art. In binis membris sistunt miracula facta.

1. *Ad firmandum sermonem miracula dantur.*
2. *Siq; fidem spectes, peccans miranda patrabit; Glorificans vitam Sanctus miracula præstat.*

845.

QVÆSTIO CLXXIX.

De Vita Activa, & Contemplativa.

Art. Contemplans, & agens membris est vita, duobus.

1. Est

1. *Eſt bona contemplans, & agens diſtinctio vitæ.*
2. *Hæc duo ſufficienter eam per ſingula ſcindunt.*
847.

QUÆSTIO CLXXX.

De Vita contemplativa ſola.

Art. Articulos octo contemplans vita repoſcit.

1. *Contemplans intellectu manet, ad tamen ipſa Affectum, per delectantem terminat actus.*
2. *Sed Virtus moralis ad hoc diſponere præſtat.*
3. *Audit contemplans, legit, & meditatur, & orat, Cogitat, & conſiderat, hos ſibi poſtulat actus.*
4. *Contemplêre Deum primò, poſt cætera ponas.*
5. *Eſſe Dei contingere contemplatio non dat Vitæ præſentis, Paulo ſed contigit iſtud.*
6. *Circulus, obliquum, rectum, meditanda movebunt.*
7. *Dat Divinus amor meditari dulcibus actis.*
8. *Contemplans per ſe, & juxta nos vita diu ſtat.*
855.

QUÆSTIO CLXXXI.

De Vita Activa.

Art. Quatuor Articulis activam percipe vitam.

1. *Omni morali Virtute Activa refulget.*
2. *Sed quæ diſponit mores, Prudentia prima.*
3. *Activam doctrina docens tantummodò ſpectat, Interior meditans vitæ conducit utriq;.*

4. *Præsentem vitam post, nulla activa manebit.*
859.

QUÆSTIO CLXXXII.

De Comparatione utriusq; vitæ.

Art. Quatuor Articulis secum vitæ æquiparantur.

1. *Eligito activam præsenti tempore vitam;*
Simpliciterq; tamen contemplans eminet illi.
2. *Plùs meriti per se contemplans vita meretur.*
Interdumq; tamen fit, plùs activa meretur.
3. *Quamvìs contemplans extra impediatur agente,*
Intus ei multùm conducit, dum moderatur,
4. *Disponit faciens, contemplans omnia complet.*
863.

QVÆSTIO CLXXXIII.

De Officijs & statibus varijs hominum in generali.

Art. Volve status hominũ quosvis per membra quaterna.

1. *Sit propriè status, aut liber, vel serviat altri.*
2. *Officium, atq; statum diversum, Ecclesia poscit.*
3. *Officium diversificans est actio quævis.*
4. *Estq; status liber, vel servit spiritualis,*
Incipiens, vel perficiens, perfectus ab inde.
867.

QVÆ-

QUÆSTIO CLXXXIV.

De pertinentibus ad statum perfectionis in Communi.

Art. Octo statûs membris perfectio clausa manebit.

1. *Christiadum juxta perfectio sistit amorem.*
2. *Diligit is summè, adversans qui pellit amoris.*
3. *Est in præceptis primò perfectio amoris*
   Divini, sed consilium conferto secundò.
4. *Nil prohibet vitâ perfectum stare minori,*
   Aut imperfectum majoris participem esse.
5. *Tendit ad huncce statum Prælatus, Relligiosus,*
6. *Præsul perfectus solus, non quisq; Sacerdos.*
7. *Sit magè perfectus Præsul, quàm Relligiosus.*
8. *Exercens curam Curatus, Relligioso*
   Est magè perfectus, statu at imperfectior illo.

875.

QUÆSTIO CLXXXV.

De pertinentibus ad Episcopatum.

Art. Pontificum status in membris concluditur octo.

1. *Spirituale volens, Antistes constituatur;*
   Si terrena cupit, (mala sunt) non appetat esse.
2. *Non licet appetere, oblatum sed suscipe munus.*
3. *Non melior per se, sed pluris idoneus esto*
   Parte assumentis, caveat qui suscipit illud.

4. *Non dimittat oves, summo ni Patre volente.*
5. *Et nunquam fugiat, populi poscente salute,*
Securo populo, poterit vitare Tyrannos.
6. *Munere de proprio potis est bona quæq; tenere.*
7. *Debita pauperibus non dans, est restituendo,*
Debita quæ non sunt, hæc non conferre tenetur.
8. *Religiosus erit, teneat quæ voverat ante*
Ni nimis illa statum deforment Pontificalem.

883.

QVÆSTIO CLXXXVI.

De ijs quæ pertinent ad statum Religiosum in Communi.

Art. Membra statum decies perquirunt Relligiosum.

1. *Perfectum esse, status designat Relligiosus.*
2. *Consilium Christi quivis complere tenetur.*
3. *Vt sit perfectus, pauper sit mente, volendo.*
4. *Ac etiam castus, nam sic perfectio poscit.*
5. *Hunc etiamq; statum subiens parere tenetur*
6. *Hæc tria, facturum voto se stringit aperto.*
7. *In tribus his sistit perfectio Relligionis.*
8. *Præstat, obedire ast alijs, celsissima Virtus.*
9. *His tribus exceptis, si quid non compleat ille,*
Sit nisi contemptus, minimè mortale subibit.
10. *Transgrediens, contemnens, ex se scandala præbens.*
In votis, graviùs peccat, quàm quilibet alter,

Sed

Sed non infirmans, ignorans, sunt leviora hæc.
893.

QUÆSTIO CLXXXVII.

De his quæ pertinent ad Religiosos.

Art. Sex dant Articuli quæ spectant Relligiosos.

1. *Prædicet, ac doceat populum omnis Relligiosus,*
Non virtute status, sed dum concessa potestas.
2. *Non tractet cupiens mundana negotia quisquam,*
Illa tamen tractet, stimulat dum fervor amoris.
3. *Ad manuumq́ operā non plùs, quàm quisq́ tenetur,*
4. *Isq́ potest eleemosynis sibi vivere factis.*
5. *Et licet, ut victûs causâ, mendicet easdem.*
6. *Vili vestitu illum uti demissio dictat.*
899.

QUÆSTIO CLXXXVIII.

De Religionum varietate.

Art. Articulis octo variæ sunt Relligiones.

1. *Diversis exercitijs sunt Relligiones*
Diversæ. hoc etiam fervor declarat amoris.
2. *Activæ vitæ quædam sunt Relligiones ,*
Contemplante aliæ gaudent, stant omnia rectè.
3. *Quæq́ Dei cultum defendit, militat aptè ,*
Pauperibus servit, mundana negotia spernens.
4. *Verba Dei dicens, peccantûm facta resolvens ,*
Vt sit Relligio, provisum convenienter.

5. *Sit studijs incumbens, Sacra Scientia poscit.*
6. *Simpliciter, potior contemplans est faciente.*
7. *Divitias proprias perfectio pellit ab illa,*
Non tamen excludit communia queq; necessa.
8. *Vivens absq; alijs solus, perfectior hic sit,*
Relligione vigens, illi si cætera quadrant.

907.

QVÆSTIO CLXXXIX.
De Ingressu Religionis.

Art. Membra tenere decem ingressus vult Relligionis.

1. *Ingrediens claustrum perfectus, proficiet plùs,*
Parvulus ingrediens mox exercebitur in se.
2. *Hoc facere ex voto, summè laudabile dicas.*
3. *Qui vovet, omninò claustrale subire tenetur.*
4. *Ad tempus, vel perpetuò te obstrinxeris isto?*
Sit tibi prima movens intentio, sitq; voluntas.
5. *Impubes recipi potis est, qui discat apertè*
Quanta vovere licet, pubes se stringat eisdem.
6. *Victum de manibus nati quærendo Parentes,*
Hunc arcere valent ingressu Relligionis.
7. *Curatus, nec non Prælatus suscipiendus,*
Nullus Episcopus, inconsultâ sede supremâ.
8. *Non laudandum, aliam transire in Relligionem,*
Sed si debilitas svasit, vel fervor amoris,

Pru-

Prudenter facias, adsitq; licentia supra.
9. *Huncq; statum svadere alijs laudabile semper.*
10. *Consilium capiat prudens, deliberet, atq;,*
Quisquis inire cupit ritè claustralia vota.
Corporis an valeant vires? an debita quæ sint?
Deniq; quam subeat vel possit Relligionem.
917.
Sic finita secunda manet pars tota secundæ.
Per centum, Decades octo quæsita, novemq;,
Ad Nongenta, decem, septem, sed membra reducta.

Finis Secundæ Secundæ.



TER-

TERTIÆ PARTIS

Summæ Angelicæ.

QUÆSTIO I.

De Convenientia Incarnationis.

Art. Convenit esse Deum carnē, sex membra reposcit.

1. *Est Deus omne bonum, bonitatē in singula fundens,*
Quod nostram carnem declarat suscipiendo.
2. *Multimodè poterat mortis nos solvere vinclis,*
Attamen ut meliùs cælestia Regna paterent,
Apparere Deum fuerat sub carne necesse.
3. *Conveniens magìs est, si non peccâsset Adamus,*
Verbum Divinum minimè sub carne fuisset.
4. *Sustulit omne malum, primum sed originis esto.*
5. *Principio mundi, vel mox peccante Parente,*
Non decuit fieri, sed dum decreverat ipse.
6. *Ad finem mundi minimè differre decebat.*

6.

QVÆSTIO II.

De modo Unionis Verbi Incarnati.

Art. Est modus in bis sex, juncti cum corpore Verbi.

1. *Non licet hunc nexum in natura dicere factum,*
2. *Est in persona totaliter unio facta.*

3. *Quòdq;*

QVÆSTIO XVII.

De pertinentibus ad Unitatem Christi, quantùm ad Esse.

Art. Christus an Vnus sit? membris conclude duobus.

1. *Non duo, sed Christus benè dicitur Vnus, & unū,*
2. *Personā accipiendo, Vnum in Christo esse probatur.*

113.

QUÆSTIO XVIII.

De ijsdem, quantùm ad voluntatem.

Art. Quæritur Articulis senis, Cristi Vna Voluntas.

1. *Est verè in Christo humana, ac Divina Voluntas.*
2. *Humana in ratione, ac sensu dicitur aptè,*
Dicitur ac sensúalis, participata Voluntas.
3. *Vnum velle fuit Christo, dictum ipsa facultas,*
Actus sed duplex; simplex, cum consiliante.
4. *Arbitrio fuerat liber, nam Electio sic vult.*
5. *Discordare Deo sensus poterat, ratio non.*
6. *Inque Voluntate illius, contraria non stant.*

119.

QVÆSTIO XIX.

De ijsdem quantùm ad operationem.

Art. Membra quaterna petit noscenda operatio Christi.

1. *Quòd datur in Christo duplex operatio, credas,*
Sic natura petit duplex, sic ipsa voluntas.

2. *Chriſto humana operatio non niſi dicitur una.*
3. *Hinc meritum ſequitur, merita eſt quo gloria carnis.*
4. *Non ſolùm meruit pro ſe, omnes participamus.*

123.

QUÆSTIO XX.

De Subjectione Chriſti, ad Patrem.

Art. Articulis binis conſtat ſubjectio Chriſti.

1. *Servitium, bonitas, promptè quòd obedijt, actu Eſſe Patri Chriſtum ſubjectum monſtrat in omni.*
2. *Non ſibi quâ Deus eſt, ſed homo, ſit ſubditus ipſi.*

125.

QUÆSTIO XXI.

De Oratione Chriſti.

Art. Quatuor Articulos Oratio poſcit JESV.

1. *Chriſto orare Deum benè convenit, atq; precari.*
2. *Non facit hoc ſenſus, ratio benè perficit iſtud.*
3. *Oravit pro ſe, nobis exempla relinquens.*
4. *Exaudita fuit confeſtim Oratio Chriſti.*

129.

QUÆSTIO XXII.

De Sacerdotio Chriſti.

Art. Sex, quòd Chriſtus erat, declarant mẽbra, Sacerdos.

1. *Eſt hominum Chriſtus Mediator, & ipſe Sacerdos.*
2. *Hoſtia pacis erat Chriſtus, Summuſq; Sacerdos.*
3. *Munere Sacrificij, mundi peccata piavit.*

4. *Hic tamen effectus minimè descendit in ipsum.*
5. *Christus in æternùm consummans estq; Sacerdos.*
6. *Ordine Melchisedec Christus manet ipse Sacerdos.*

135.

QVÆSTIO XXIII.
De Adoptione Christi.

Art. Quatuor Articulis consistit Adoptio Christi.

1. *Convenit, hæredes Deus ut sibi semper adoptet.*
2. *Omnibus hoc Triados Personis convenit aptè.*
3. *Servit adoptari non omnibus, attamen illis,*
Qui ratione valent, sed quos dilectio firmat.
4. *Christus adoptivus Patri non dicitur esse.*

139.

QVÆSTIO XXIV.
De Prædestinatione Christi.

Art. Quatuor ad cælum Christus decernitur aptè.

1. *Tempore venturus Christus, decretus ab ante.*
2. *Hunc juxta sensum, decretus dicitur ille.*
3. *Respiciendo actum decernentem, esse nequibit*
Exemplar nostri, stabit sed terminus idem.
4. *Sic quoq; de causa decreti dicere constat.*

143.

QVÆSTIO XXV.
De Adoratione Christi.

Art. Per sex membra cadat, Christū qui pronus adorat.

1. *Christus adorandus Deus, ac Homo, semper honore*
Vno, nam totus, non partibus ille colendus,
Sint motiva licèt vario de munere cultûs.
2. *Naturæ humanæ Christi Latria ferenda,*
Hoc Persona Dei petit, ut quæ sistit in illa.
3. *Hoc etiam cultu veneranda est ejus imago.*
4. *Et Crux quæ tetigit corpus, tum quælibet altra.*
5. *Virgo Maria supra Duliam stat veneranda.*
6. *Sanctorum cineres Duliæ sorte colendi.*

149.

QVÆSTIO XXVI.
De *Christo Mediatore.*

Art. Articulis binis Christus Mediator habetur.

1. *Simpliciter, solus Christus Mediator habetur.*
Nil prohibet plures concedere nempè ministros.
2. *Hoc Hominis Christi tantùm natura reposcit.*

151.

QUÆSTIO XXVII.
De Sanctificatione B. V. MARIÆ.

Art. Sanctificata manet membris sex Virgo MARIA.

1. *Debetur Major præ cunctis gloria Matri,*
Quæ genuit Christum, dicendum Sanctificatam
In Materno utero, scripturâ hoc dante Ioanni.
2. *Sanctificata fuit, postquàm jam animata fuisset.*
3. *Fomitis, hoc per opus, manserunt pondera vincta*
Con-

Concepto Christo, penitùs, sublata tenenda.
4. *Sanctificata Dei Mater, sine crimine vixit*
Mortis vel veniæ, mansitq; obnoxia nulli.
5. *Omnia dona super, dicenda est gratia sancta,*
Quæ concessa illi, decuit sic Matris honorem.
6. *Non soli proprium concessum sanctificari*
In Materno utero, plures sunt sanctificati.
157.

QUÆSTIO XXVIII.

De Virginitate B. V. MARIÆ.

Art. Quatuor Articulis stat Virginitate MARIA.

1. *Concipiendo Deum, Virgo stat, Virgo MARIA,*
2. *Et pariter pariendo, Virginitate refulsit.*
3. *Ac postquàm genuit Christum, sic Virgo remansit.*
4. *Præcedens nuptum, vovit, quòd Virgo maneret,*
Nupta dein, pariter cum Sponso vota sacravit.
161.

QVÆSTIO XXIX.

De Desponsatione B. V. MARIÆ.

Art. Articulis binis sponsatur Virgo MARIA.

1. *Ex desponsata, Christum, sed Virgine nasci,*
Omninò decuit, causas Ecclesia tradit.
2. *Quamvìs non carnis, mentis conjunctio, testis,*
Cum Sponso Matrem Christi mansisse maritos.
163.

QUÆSTIO XXX.

De *Annuntiatione B. V. MARIÆ.*

Art. Quatuor in membris cælestia nuntia dantur.

1. *Nuntia de Christo percepit Virgo MARIA,*
Namq; decebat eam ad conceptum mente parari.
2. *Arcanum sublime fuit, datus Angelus illi.*
3. *Corpore visibilis coram tunc Virgine stabat.*
4. *Angelus hæc Matri denuntiat ordine recto,*
Attentamq; facit primò; pòst, singula pandit.

167.

QUÆSTIO XXXI.

De Conceptione Christi, quantùm ad Materiam Corporis.

Art. Materies Christi concepti sistit in octo.

1. *Crimen Adæ purgans Carnem desumpsit ab illo*
Sic derivatam, Christus, sat convenienter.
2. *Ex David natus Christus, prognatus Abrâmo.*
Circumcisio sic, Electio sicq; petebat.
3. *Rectè Evangelio conscribitur Ordo Parentum.*
4. *Sat benè susceptam carnem fæmella ministrat.*
5. *Concipitur Christi Corpus de Sangvine puro.*
6. *Non fuit, antiquis, signatum in Patribus illud.*
7. *Ipsa caro Christi à peccatis libera Patrum.*
8. *Per femur haud fuerat Christus decimatus Abràâmi,*
Melchisedec ipso perfectior usq; Sacerdos.

175. QVÆ-

* *Sufficit ex illis quod deducatur origo.*

QVÆSTIO XXXII.

De Conceptione Christi, quoad Principiũ activũ.

Art. Quatuor Articulis activum Principium stat.

1. *Tota Trias Corpus Christi formaverat ipsum,*
Spiritus at Sanctus formator dicitur ejus;
Sic deposcit amor, per quem Incarnatio facta.
2. *Convenit, ut dicant conceptum ex Flamine Sancto*
Scripturæ Christum, carnem formaverat ille.
3. *Filius at Christus, non quadrat, Flaminis Almi*
4. *Materiam præbens Carni ejus Virgo MARIA,*
Non tamen activè concurrit, statq; ministrans.

179.

QUÆSTIO XXXIII.

De modo, & ordine conceptûs Christi.

Art. Ordo, modus, poscunt conceptûs mẽbra quaterna.

1. *Vt concepta Caro, Christus mox sumpsit eandem.*
2. *Instanti primo conceptûs, corpus IESV*
Esse animatum animâ rationali, omnia clamant.
3. *IESVS in instanti Corpus tunc sumpsit eodem.*
4. *Materiam spectans, hæc naturalis habenda,*
Atq; supernaturalis conceptio Christi,
Dum modus inspicitur Domini formantis eandem.

183.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIV.

De Perfectione Prolis.

Art. Quatuor Articulos poscit perfectio prolis.

1. *Instanti primo Conceptûs, Sanctificatam*
Scito animam Christi, Donis cunctisq; refertam.
2. *Arbitrio fuerat liber sic Christus eodem.*
3. *Sufficiens merito fuerat, poteratq; mereri.*
4. *Hoc pariter puncto Comprênsor, tumq; Viator.*

187.

QUÆSTIO XXXV.

De Nativitate Christi.

Art. Nascitur ut Christus, membris concluditur octo.

1. *Christi ortus Personæ Divinæ attribuendus*
Tanquam subjecto, natura at terminat illum.
2. *Ex Patre progenitus præcessit sæcula Christus,*
Vt genuit Mater, concludas tempore natum.
3. *Ob carnem assumptam Christi de Virgine Matre,*
Virgo MARIA Parens Christi benè dicitur esse.
4. *Hincq; Dei Mater dicenda est Virgo MARIA.*
5. *Filius Æterni Christus Patris, ut bene quadrat,*
Filius & Matris rectè quoq; dicitur ipse.
6. *Nascitur in Mundum, Matris castæ absq; dolore.*
7. *Congruit atq; locus Bethléem, quo nascitur ille.*
8. *Et benè disposuit tempus Sapientia Sancta.*

195.

QVÆ-

QUÆSTIO XXXVI.

De *Manifestatione Christi.*

Art. Octo mẽbra dabunt Manifestũ in corpore Christũ.

1. *Si Christus natus manifestaretur apertè*
Omnibus, hinc meritum fidei cessaret ubiq;.
2. *Est igitur paucis manifestus factus, ut inde*
Hi manifestarent alijs, sua munera sancta.
3. *Hoc ad opus, Simeon, Pastores, Anna, Magiq;,*
Electi fuerant à Christo convenienter.
4. *Debuerant ortum monstrare hunc signa creata.*
5. *Inspirans justos de Christo Spiritus Almus,*
Angelus adducens Pastores, stella Magosq;,
Nascentis Christi sunt convenientia signa.
6. *Ordine, Pastori, Simeoni, Annæq;, Magisq;,*
Est ortus Christi deductus convenienti.
7. *Stella Magos ducens, fuerat producta recenter,*
8. *Spiritus ipse Magos instruxit sat sapienter,*
Vt Christum natum per stellam nôsse valerent.

203.

QUÆSTIO XXXVII.

De *Legalibus circa Christum.*

Art. Quatuor Articulis Christi Legalia sistunt.

1. *Debuerat Christus circumcidi, ardua solvens*
Antiquæ legis, verâ se carne probando.
2. *Conveniens Nomen de cælis IESVS habebat.*

3. *In templo præsentari cum munere Christum,*
Vt primogenitum Matris, benè conveniebat.
4. *Ac humilem Matrem decuit se purificare.*

207.

QUÆSTIO XXXVIII.

De *Baptismo Ioannis.*

Art. Articulis senis constat Baptisma Joannis.

1. *Conveniens Christum baptizari, utq; Ioannes*
Baptizaret aquis illum, stant ambo decenter.
2. *A Domino ritum sumpsit baptisma Ioannis,*
Non tamen effectum potuit præstare supernum.
3. *Non hoc justificans: sed disponebat ad istud.*
4. *Hoc baptisma Ioannis erat tunc pluribus aptum.*
5. *Post Baptizatum Christum cessâsset ineptè.*
6. *Baptizavit aquâ, Christi Baptismus abundat,*
Post hunc susceptum, Christi Baptisma petendum.

213.

QUÆSTIO XXXIX.

De *Baptizatione Christi.*

Art. Articulis, Christus sit baptizatus, in octo.

1. *Innocuus, nunquam Baptismo Christus egebat,*
Sanctificavit aquas, lavit nos, crimina solvit.
2. *Sed decuit Baptisma probantem hoc fonte lavari.*
3. *Conveniens fuerat tempus, trigesimus annus.*
4. *Iordanis flumen Baptismo conveniebat.*

5. *Baptiſmus reſerat cælos, hinc conſtat apertos.*
6. *Eſt animal ſimplex, nullum lædenſq́, columba,*
Illius ſpecie deſcendit Spiritus Almus,
Accedant homines ardenti, & ſimplice corde.
7. *Vera Columba fuit, quâ Viſus Spiritus Almus.*
8. *Voxq́ Patris Proteſtantis benè conveniebat.*
221.

QUÆSTIO XL.
De Modo Converſationis Chriſti.

Art. Converſans Chriſtus depoſcit membra quaterna.

1. *Publica conveniens eſt converſatio Chriſti.*
2. *Vt Cibus ac potus Communis paſceret illum.*
3. *Maxima, quam duxit paupertas, dona ferebat.*
4. *Implevit Veterem Legem, ſic ſcandala tollens.*
225.

QVÆSTIO XLI.
De *Tentatione Chriſti.*

Art. Quatuor Articulis Chriſti tentatio ſiſtit.

1. *Vt daret exemplum, tentari paſſus IESVS.*
2. *Deſertum petijt, Paradiſi limina pandens.*
3. *Poſt quoq́ tentatus jejunia convenienter.*
4. *Sat benè deſcripta eſt Chriſti tentatio trina.*
229.

QVÆ-

QVÆSTIO XLII.

De Doctrina Christi.

Art. Quatuor Articulis Doctrinam percipe Christi.

1. *Iudæos docuit, non Gentes convenienter.*
2. *Et benè confudit Pharisæos, atq; potentes.*
3. *Publica verba dabat, tamen hæc abscondita multis.*
4. *Scriberet ut Christus doctrinam, nonq; decebat.*

233.

QVÆSTIO XLIII.

De Miraculis Christi in Communi.

Art. Quatuor Articulis constant miracula Christi.

1. *Verba Patris pandens, rectè miracula fecit.*
2. *Divinâ Virtute egit, quæcunq; patravit.*
3. *Distulit ad perfectam ætatem, prima Canæ dans.*
4. *Hæcq; Dei, in Christo, naturam mira probârunt.*

237.

QVÆSTIO XLIV.

De Miraculis Christi in particulari.

Art. Quatuor Articulis specialia mira tenentur.

1. *Christus Dæmonia eijciebat convenienter.*
2. *Corpora cælorum mutabat non minùs aptè.*
3. *Circa homines etiam miracula congrua fecit.*
4. *Bruta venire decebat sub miracula Christi.*

241.

QVÆ-

QVÆSTIO XLV.

De Transfiguratione Christi.

Art. In tribus Articulis est transformatio Christi.

1. *Sat bene, Monte Thabor præluxit gloria Christi.*
2. *Gloria vera fuit, quamvìs non longa maneret.*
3. *Hùic testes voluit subjungere convenientes.*

244.

QVÆSTIO XLVI.

De Passione Christi.

Art. Bis sex Articulis constabit Passio Christi.

1. *Expediens fuerat pro nobis Passio Christi.*
2. *Decreto posito Divino, non erat ullus*
   Possibilis redimēdi homines modus, aut magìs aptus.
3. *Passio plura dedit, sic convenientior ipsa.*
4. *Peccat Adam ligno, Christus Cruce crimina tollit.*
5. *Omne genus salvando passio nulla latebat.*
6. *Excessitq́ dolor Christi, quoscunq́ dolores.*
7. *Iuxta animam, Christus passus, sub corpore clausam.*
8. *Inferior doluit pars, congaudente supernâ.*
9. *Passio facta fuit sub tempore convenienti.*
10. *Et locus in quo passus erat, benè conveniebat.*
11. *Conveniens fuerat, Christum, inter, stare latrones.*
12. *Passio personam dicit, tamen exigit istud,*
    Vt patiatur homo, Persona Dei impatiens sit.

256.

QVÆSTIO XLVII.

De Causa Efficienti Passionis Christi.

Art. Efficiens hujus causa in sex membra secatur.

1. *Mortuus est Christus, Iudæa necavit eundem;*
Dicitur at Christus causator, non prohibendo.
2. *Sat faciendo Patris mandato, mortuus ipse.*
3. *Ad redimendũ homines, Christum, Pater ipse resolvit.*
4. *Iudæus cepit Christum, Gentesq́ necârunt,*
5. *Majores nôrant Messiam, culpa sit illis;*
Ignoraverunt certè, Deus an né? minores.
6. *Est Crucifigentûm illum, culpa gravissima per se,*
Ex volito pravo veniens, non omnibus æqua.
Principibus Iudæ gravior, populusq́ minori
Subjacet, at Gentes subeunt sine lege minorem.
261.

QVÆSTIO XLVIII.

De modo Passionis Christi, quantùm ad Effectum.

Art. Expetit effectus, nec non modus Articulos sex.

1. *Morte suâ Christum Dominum meruisse salutem*
Æternam, Membris, nec non sibi, noverit omnis.
2. *Non est sufficiens tantùm superaddit abundans*
Pro populi delictis compensatio facta,
Nam generalis erat, vitam dedit, arsit amore.
3. *Svaviter atq́ Patri per mortem sacrificavit.*
4. *Hac etiam virtute operata Redemptio nostra.*

5. *Tota Trias quanquàm redimens primaria causa est,*
Sangvine sed fuso Christus Nos ipse redemit.
6. *Primas ipse Deus tenet attribuendo salutem,*
Est tamen instrumentum illius Passio Christi.

268.

QUÆSTIO XLIX.

De effectibus Passionis Christi.

Art. In sex Articulis effectus Passio dictat.

1. *Causa remittendi peccati, est Passio Christi.*
Efficit, & redimit, vocat, ut jungamur amore.
2. *Dæmonis atq; jugo solvit nos Passio Christi.*
3. *Solvitur ex illa, pœnæ quicunq; reatus.*
4. *Atq; Deo, peccantes ipsa reconciliavit.*
5. *Clausa manens, per eam reseratur janua cæli.*
6. *Ac exaltari meruit Christus per eandem.*

274.

QUÆSTIO L.

De Morte Christi.

Art. In sex Articulis Christi mors scripta maneto.

1. *Vt Christus patiens moreretur, conveniebat,*
Nam solvit pretium, veram carnem esse probavit,
Solvit morte reos, crimen mortale repressit,
Instruxitq; animos ad spem, de glorificandis.
2. *Nulla Deum ratio per mortem à carne revulsit.*
3. *Non animam Christi Deitas dimiserat unquam.*

4. *Mor-*

4. *Mortuus est Christus verè, tunc dicere non stat,*
Sub tridûo Mortis, quòd homo tunc manserit ipse.
5. *Vnum suppositum viventis, quod morientis,*
Vna etiam numero caro, non totaliter autem.
6. *Mors Christi, sumatur si privatio vitæ,*
Nil meruit, causavit ut efficientia quædam,
In Virtute Dei cunctorum nempè salutem,
Vt via ad interitum, fecit quod Passio Christi.
280.

QVÆSTIO LI.

De Sepultura Christi.

Art. Quatuor Articulis Christus sepelitur in Vrna.

1. *Quando mori decuit, restabat condere Christum.*
2. *Convenit ordo, modus, quem dat scriptura sepulto.*
3. *Vnio causavit, caro ut incorrupta maneret.*
4. *Vna dies, noctesq; duæ sunt convenientes,*
Per quas, in tumulo Christum jacuisse fatendum.
284.

QUÆSTIO LII.

De *descensu Christi ad inferos.*

Art. Articulis octo Christus descendit in orcum.

1. *Qui mortem strinxit, decuit quòd stringeret Orcum.*
2. *Præsenter justum, invisit damnata potenter.*
3. *Quod semel assumpsit, nunquàm dimiserat à se,*
Totus in inferno, tumulo, tum totus ubiq;.

4. *Mansit*

4. *Mansit in inferno, donec caro surgeret ipsa.*
5. *Eduxitq́ Patres detentos faucibus Orci.*
6. *Sed non damnatos, fidei charismate nudos.*
7. *Nec pueros, culpâ qui cum excessêre Parentum.*
8. *Sed reliquos flammâ purganti, non tamen omnes,*
At quibus adfuerat conducens Passio Sancta.
292.

QVÆSTIO LIII.
De Resurrectione Christi.

Art. Quatuor Articulis Christus cum carne resurgit.

1. *Est per cuncta necesse, resurgere mortis ab umbris*
Christum, Iustitiâ svadente, Fideq́ perenni,
Hoc spes erigitur, formatur vita fidelis,
Ac demum nostræ stant complementa salutis.
2. *Convenit atq́ dies pro munere tertia tanto.*
3. *Non moriturus erat, primus surrexit ab inde.*
4. *Cum Virtute Dei surgendi fuit sibi causa.*
296.

QVÆSTIO LIV.
De Qualitate Christi resurgentis.

Art. Qualis erat Christus surgens? dant mēbra quaterna.

1. *Quale fuit vivum Corpus surrexit id iddem.*
2. *Integritate vigens, parte omni glorificatum.*
3. *Debuit omninò Christus cum glorificata*
Carne resurgere, sic exemplar, sicq́ petebat

Passio, quam subijt, quæq; exaltaverat illum.
4. *Vulnera manserunt essent ut signa triumphi.*
300.

QUÆSTIO LV.

De Manifestatione Christi Resurgentis.

Sex membris manifesta manet surrectio Christi.

Art.

1. *Hanc minimè decuit manifestam pro omnibus esse,*
Testibus at certis, populos qui cuncta docerent.
2. *Non decuitq; homines surgentem cernere primò,*
Sed priùs Angelicâ debebant voce moneri.
3. *Nec conversari decuit per tempora longa.*
4. *Discipulis propriâ specie apparere decebat,*
Ast alijs juxta quod se se disposuissent.
5. *Quòd surrexisset Scripturâ teste probavit,*
Cætera deducens & signa patentia fecit.
6. *Hæc documenta quibus deduxit, sufficiebant.*
306.

QVÆSTIO LVI.

De causalitate Resurrectionis Christi.

Quid causet Christi surrectio? membra duo dant.

Art.

1. *Quòd nos surgemus, causa est surrectio Christi.*
2. *Corporis ac animæ exemplar, tumq; Efficiens est.*
308.

QVÆ-

QVÆSTIO LVII.

De Aſcenſione Chriſti.

Art. In ſex Articulis Chriſtus ſuper æthera ſcandit.

1. *Congruit ad vitam immortalem ſcandere Chriſtum.*
2. *Non Deus aſcendit, ſed homo, Virtute ſupernâ.*
3. *Aſcendit priùs hac, animæ poſt glorificatæ.*
4. *Participanſq; Deum cælos ſcandit ſuper omnes.*
5. *Exceſſitq; omnem facturam immaterialem.*
6. *Noſtræ cauſa ſalutis habenda Aſcenſio Chriſti.*

314.

QUÆSTIO LVIII.

De ſeſſione Chriſti ad Dexteram Patris.

Art. Quòd ſedet ad dextrã Patris, inſtãt mẽbra quaterna.

1. *Incorruptibilem decuit benè dextra Paterna.*
2. *Inquantùmq; Deus, dextram dat gloria ſumma.*
3. *Eſt ut homo, dextram ſibi ſuppoſito exigit æquè*
4. *Convenit hoc ſoli Chriſto, non quadrat ad altrum,*
Solus quippè Patri naturâ æqualis, & ipſe
Omne bonum, quodcunq; Pater tenet, accipit hæres.

318.

QUÆSTIO LIX.

De Iudiciaria Chriſti Poteſtate.

Art. Articulis Chriſtus Judex ſex judicat orbem.

1. *Majeſtas Chriſto ſtat Iudiciaria ſoli.*

2. *Est ut homo Christus, Iudex est convenienter.*
3. *Hoc sibi promeruit Christus de jure Paterno,*
Qui pro Iustitia pugnans est Victor ubiq;.
4. *Hoc omnes humanæ res sub Iudice sunto.*
5. *Post hoc judicium cujusvis particulare,*
Postremum generale manet, dum finiet orbis.
6. *Angelus ut Sanctus, reprobus sic stabit in illo.*

324.

QVÆSTIO LX.

De Sacramentis in Communi.

Art. Expedit Articulos Sacramenti genus octo.

1. *Esse Sacramentum signum, genus exprimit ipsum.*
2. *Non quodcunq; rei Sacræ signum est tamen illud,*
Ast homines propriè tantùm quâ justificantur.
3. *Cõmemorans Christum passum, à quo gratia sancta*
Promanat, Regni prognosticon atq; futuri.
4. *Est res sensibilis, designans spiritualem.*
5. *Res Deus instituit certas, quibus utimur ad nunc.*
6. *Ad res sensibiles decuit subjungere verba.*
7. *Ac hæc certa quidem, veluti res sensibiles sunt.*
8. *His verbis formæ nil addas, diminuasvé.*

332.

QVÆSTIO LXI.

De Necessitate Sacramentorum.

Art. Quatuor Articulis sunt Sacramenta necessa.

1. *Sat*

1. *Sat constat quòd Sacramenta necessa saluti.*
2. *His neq; egebat homo Paradisi limine vivens,*
Contra peccatum, aut animâ pro perficienda.
3. *Hæc post peccatum fuerant sub lege vetusta.*
4. *Sed Nova Lex mysteria in his majora recepit.*
336.

QVÆSTIO LXII.
De Gratia Sacramentorum.

Art. Gratia membra Sacramentorum sena ministrat.

1. *Gratia causatur primò Virtute supernâ,*
Postq; Sacramentis, instrumentaliter ipsis.
2. *Hæc addit supra virtutes, donaq;, quoddam*
Auxilium Divinum, quod deserviat aptè
Fini Sacramentorum benè percipiendo.
3. *Sacramenta Novæ Legis, sic gratiâ abundant,*
Próut instrumentum effectum præcontinet in se.
4. *Est in eis instrumentalis certa facultas,*
Gratia quâ producitur, estq; effectus eorum,
Par instrumento: non permanet, at citò transit.
5. *Quidquid habent, totum causavit Passio Christi.*
6. *In Lege antiqua non ullum justificabant,*
Monstrabatq; fidem, veterum, quæ hos justificabat.
342.

QVÆ-

QVÆSTIO LXIII.

De Charactere Sacramentali.

Art. Poſcit ſena Sacramentalis membra Character.

1. *Imprimitur Nobis per Sacramenta Character.*
2. Eſt animæ collata poteſtas Spiritualis.
Per quem ſignantur Divino munere functi.
Qualeitas illi ſpeciem dat ſorte ſecundam.
3. *Hocq; facit ſignum Chriſti ſignare fideles.*
4. *Non hic in eſſe animæ reſidet, ſed parte potente.*
5. *Impreſſusq; illi hæret, nec delebitur unquam.*
6. *Hoc Ordo, Baptiſmus, Confirmatio gaudent.*

348.

QUÆSTIO LXIV.

De Cauſa Sacramentorum.

Art. Inſtant membra Sacramentum cauſantia dena.

1. *Effectum Sacramentis tribuit Deus ipſe*
Tanquam author, concurrit homo ſúa ſorte miniſter
2. *Ipſe Deus ſolus Sacramenta inſtituens eſt.*
3. *Effectum Chriſtus Sacramenti interiorem*
Vt Deus, ac ut homo poterat conferre miniſtrans,
Quem conſtat nobis noſtram meruiſſe ſalutem,
Et ſine Sacramentis juſtificare valebat.
4. *Non potuit conferre poteſtatem velut author,*
Sacramenta ſuper, Chriſtus mortalibus ullis,
Vtq; miniſter erat, poterat conferre miniſtris.

5. Hæc

5. *Hæc bonus atq; malus poterit conferre minister.*
6. *Peccato fœdus peccat mortale, ministrans.*
7. *Solus homo confert, excluditur Angelus abs hoc*
Quamvis possit ei fieri hæc collata potestas.
8. *Dum confert, intendat, Sacramenta minister.*
9. *Siq; Fide careat, qui confert signa salutis,*
Dum nihil omittat, quæ Ecclesia præcipit alma,
Sit licet illicitum, factum, tamen usq; valebit.
10. *Sit mala vel perversa intentio facta ministri*
Nil collata valent, comitantes excipiantur.

358.

QUÆSTIO LXV.

De Numero Sacramentorum.

Art. Quatuor Articulis numerabis pignora sacra.

1. *Sacramenta Novæ legis sunt heptade clausa. (ctus,*
Baptismus, post Chrisma Sacrũ, Eucharistia, Plã-
Ordo Sacer, Nuptus, tandẽ Unctio morte propinqui.
His homo perficitur Divinis, culpa fugatur.
2. *Ordo Sacramentorum scriptus convenienter.*
3. *Omnibus his potior manet Eucharistia Sancta.*
4. *Baptismus per se, Planctus Peccantibus, Ordo*
Per quem Ecclesia dirigitur, sunt ipsa necessa,
Cætera sed meliùs conducunt ipsa saluti.

362.

QUÆ-

QVÆSTIO LXVI.

De Baptiſmo.

Art. Bis ſex Articulis Baptiſmum nôſſe licebit.

1. *Sunt tria Baptiſmo, Res, Sacramentũ, & utrumq́;*
Eſt tantùm Sacramentum dum corpus ab extra
Abluitur, formæ præſcriptæ verba ferendo,
Res tantùm, Baptizati, dum juſtificantur:
At Baptiſmalis tribuit ſimul ambo Character.
2. *Baptiſmum inſtituit Chriſtus, dum acceperat ipſe,*
Sed poſtquàm Paſſus, mandaverat omnibus illum.
3. *Eſt aqua materies illius propria per ſe.*
4. *Dum conſiſtat aquæ ſpecies, ſatis apta manebit.*
5. *Hæc eſt forma:* Ego te baptizo in Nomine Patris
Et * Geniti, & Spirati. (*ſed non Nomina mutes*
Quæ Matthæus habet) *Baptiſmi ſat benè ſcripta.*
6. *Non plenè Triadem memorans, non conficit illum.*
7. *Immergens, effundens, aſpergens facis aptè,*
Sufficit aſpergas, ut fert communior uſus.
8. *Seu ter, ſive ſemel mergas, Eccleſia quondam*
Permiſit, modò non faciens ter, peccat in uſu.
9. *Acceptumq́; ſemel Baptiſmum non iterabis.*
10. *Quem ſervat circa Baptiſmum Eccleſia ritum,*
Omnibus in punctis talis benè convenit illi.
11. *Baptizatur aquis homo, Sangvine, Flamine Sancto,*
12. *Sangvinis hoc inter Baptiſmos eminet altè.*

* In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sãcti.

QUÆSTIO LXVII.

De Ministro Baptismi.

Art. Articulis octo Baptismi claude Ministrum.

1. *Baptismum Diacon minimè conferre tenetur*
Munere de proprio, sed Presbyter esse ministrans.
2. *Hoc munus propriè tantùm facit ipse Sacerdos.*
3. *In casu potis est & Baptizare Laicus.*
4. *Et mulier, si Vir, Clerus, vel Presbyter absit.*
5. *Non Baptizatus, servato ast ordine rerum.*
6. *Debita si formæ servant, pluresq; ministrant,*
Conficiunt verè, pœnæ debentur eisdem.
7. *Ad baptizandum pueros, conquire Patrinos,*
8. *Qui levat, ut doceat, non mandes, excipe casum.*
382.

QVÆSTIO LXVIII.

De suscipientibus Baptismum.

Art. Bis sex Articulos deposcunt suscipientes.

1. *Baptizêre omnis, poscis quicunq; salutem.*
2. *Suscipiens nec re hunc, nec votis, ipse peribit,*
Sed non qui voluit voto, caruitq; ministro.
3. *Baptizes puerum statim, servetur adultus,*
Sit benè ni instructus, mortisvé pericula subsint.
4. *Non baptizetur peccans desistere nolens,*
Ast alius licitè peccator suscipiendus.
5. *Si quem baptizas, erit hüic satfactio nulla.*

6. *Non opus est baptizandus quòd confiteatur.*
7. *Intendat benè baptizans, dum Sacra ministrat.*
8. *Expetit atq; fidem Baptismus, nonq; Character.*
9. *Baptizes pueros, culpæ quod origo requirit.*
10. *Non baptizandi pueri ratione carentes.*
Gentilis, Iudæ, invitisq; Parentibus ipsis,
At baptizandi si sunt ratione valentes.
11. *Infanti in materno utero Baptisma negatur.*
Non tamen ex utero tendenti, stante periclo.
12. *Amens naturâ, ac furiosus suscipiendus,*
Quiq; priùs fuerat sanus, Baptisma petivit,
Hunc intervallis venientibus ablue sanè.

394.

QVÆSTIO LXIX.

De Effectibus Baptismi.

Art. Articulis denis Baptismi effectus abundat.

1. *Omnem, quæ fuerat, culpam Baptisma repellit.*
2. *Ex meritis Christi passi perit inde reatus.*
3. *Vitæ præsentis nunquam pœnalia tollit,*
Servantur tolli, dum quis cum carne resurget.
4. *Gratia, virtutes infusæ dantur in illo.*
5. *Baptismus sensum, & motum dat spiritualem,*
Ad benè vivendum, fideiq; arcana sciendum.
6. *Gratia virtutes puero infunduntur in ipso.*
7. *Pignore Baptismi reseratur janua cæli.*

8. Et

8. *Est vitam renovans æqualiter omnibus ille,*
Ast alios effectus non æqualiter infert.
9. *Accedens fictè non justificabitur unquàm.*
10. *Fictio dum cessat, causatur justificari.*

404.

QVÆSTIO LXX.
De Circumcisione.

Art. Quatuor Articulis stat Circumcisio prisca.

1. *Ista Figura fuit Baptismi, disposuitq;.*
2. *Mandatum sanctè, ut se circumcideret Abram.*
3. *Præcipiebat eum ritum lex convenienter.*
4. *Sectio, Baptismi fructus, antiqua ferebat,*
Diversâ ratione tamen baptisma dat illos.

408.

QUÆSTIO LXXI.
De dispositione ad Baptismum.

Art. Baptismi disponendis sunt membra quaterna.

1. *Baptismum præeat Catechismus convenienter.*
2. *Ac Exorcismus debet præcedere semper.*
3. *Hic sensus aperit, cacodæmona pellit in orcum.*
4. *Presbyteri erudiant, exorcizentq; minores.*

412.

QUÆSTIO LXXII.
De Sacramento Confirmationis.

Art. Articulis bis senis Confirmatio constat.

1. *Christi Sacramentum est, Confirmatio rerum.*
2. *Materiâ constans fragranti, Chrismate Sancto.*
3. *Infirmorum Oleum, cum Chrismate sit benedictum,*
Quod tamen ante priùs benedicat Episcopus ipse.
4. *Forma hæc est* Consigno te signo Crucis, *ac post* Et Confirmo te per Chrisma salutis, *& ultra* In Nomine Patris,* tū Geniti, tū Flaminis Almi.
Conveniens, robur nam causamq́ exprimit aptè.
5. *Hinc robur contra hostes, imprimiturq́ character.*
6. *Sed Baptismalem primò supponere debet.*
7. *Gratia sanctificans semper confertur in illo.*
8. *Omnibus hoc pignus patet, & datur omnibus illud:*
9. *Vt se Christicolas manifestent, fronte notantur.*
10. *Qui modò suscepit, Patrinus non erit altri.*
11. *Antistes solus Confirmat fronte Fideles.*
12. *Conveniens ritus, quem Sancta Ecclesia tradit.*

* In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, ut in Baptismo.

424.

QVÆSTIO LXXIII.
De Sacramento Eucharistiæ.

Art. Clauditur in membris sex Eucharistia Sancta.

1. *Sacramentum animæ cibus Eucharistia Sancta est.*
2. *Multa licèt sit Materia, est formaliter unum.*
3. *Impar Baptismo sumendo necesse salutis,*
Attamen ex alia monstratur parte necesse.
4. *Nomina plura tenet, diversum munus adumbrans.*
Commemorans Christum passum: sit sacrificare.

Vnū

Unum designans: communio, sitq́ synaxis.
Pignus at æternum; Eucharistia, sive viale.
5. *In cœna instituit Christus sat convenienter,*
Hoc Sacramentum, potumq́, cibumq́ ministrans.
6. *Hocce figuravit Paschalis Victima in agno.*
430.

QUÆSTIO LXXIV.

De Materia Eucharistiæ quantùm ad speciem.

Art. Currit Materia Eucharistica membra per octo.

1. *Caseus & panis mistus sangvisq́ farinæ*
Infantûm, vel aquæ, prohibentur pignore sacro:
Convenit ac panis, cum vino, ut edulia compta.
2. *Est numerus multus sumentûm pignora sancta,*
Materiam signare nefas hinc, quanta sacranda.
3. *Triticeus panis præ cunctis conveniens est.*
4. *Asymus & fermentatus sunt convenientes*
Asymus ex usu Romano est aptior altro.
5. *Propria Materies vinum manet altera vitis.*
6. *Infundatur aquæ pauxillum, congruit istud.*
7. *Non tamen est pro Sacramenti parte necesse.*
8. *Sic fundantur aquæ, ut vini corruptio non sit.*
438.

QUÆSTIO LXXV.

De *Conversione specierum in Corpus & Sangvinem Christi.*

Art. In rem ipsam species tales vertuntur in octo. 1.

1. *Hocce Sacramento Corpus cum Sangvine Christi,*
Esse (licèt sensus non sentit) credito verum.
2. *Panis àut Vini substantia non manet ultra*
Post consecratum, minimè tamen annihilatur.
3. *Sed convertitur in corpus tota, atq; cruorem.*
4. *Perbellè Transsubstantîatio dicitur, ista*
In Sacramentum specierum versio facta.
5. *Et tantùm remanent illarum forma, figura;*
Vt non horrescas, non rideat impius, atq;
Vt fidei meritum maneat per singula salvum.
6. *Post consecratum, panis substantia cessat,*
Hoc itidem dicas de vino in Sangvine Christi.
7. *Hæc fit in instanti specierum versio plena.*
8. Fit Corpus Christi ex pane : *hæc est dictio vera.*

446.

QUÆSTIO LXXVI.

De *modo essendi Christi in hoc Sacramento.*

Art. At modus essendi Christi concluditur octo.

1. *Hocce Sacramentum totum Christum tenet in se,*
Nempè animam, corpus, Deitatem; credere debes.
2. *Atq; sub alterutra specie manet integer idem,*
Sic docet ipsa realis concomitantia rectè.
3. *Totus is in toto tum parte in qualibet idem.*
4. *Corporis istius remanet dimensio tota.*
5. *Non veluti corpus, substantia quippè locatur.*

6. *Est*

6. *Est per se immotus, contingenterq́ movetur.*
7. *Lumine corporeo, & mentis non posse videre,*
Ac nisi credendo, constat cuicunq́ vianti:
Sed Sancti possunt in Divino esse videre.
8. *Si caro, velq́ puer videatur corpore Christi,*
Hoc tamen est verum corpus, sic credere debes.

454.

QVÆSTIO LXXVII.

De Accidentibus remanentibus.

Art. Articulis octo adsunt contingentia prisca.

1. *Hocce Sacramento sunt contingentia panis,*
Et vini, subjectum illorum transijt inde.
2. *Non nisi subjectum dimensio præstat eisdem.*
3. *Corpora mutare hæ species externa valebunt.*
4. *Sacramentales species corruptio spectat.*
5. *Quòd generetur eis aliquid dimensio præstat.*
6. *Vi generare valent, sic & nutrire potes sunt.*
7. *Franguntur species, corpus non frangitur ipsum*
8. *Desistet Sangvis Christi miscendo liquorem*
Majorem, sed non sic admiscendo minorem.

462.

QVÆSTIO LXXVIII.

De Forma Sacramenti Eucharistiæ.

Art. Pignoris istius membris sex forma tenetur.

1. *Forma est conveniens, Christus quam tradidit ipse*

Nem-

Nempè: Eſt hoccé meum Corpus, *quæ corpus adumbrat.*

Sãgvinis hicq; Calix mẽi eſt, *quâ ſangvis habetur.*

2. *Forma ſacrandi Corporis optima convenienſq; eſt.*

3. *Hoc etiam debet dici de Sangvine Chriſti,*
Omnia dicantur, quæ dicit verba Sacerdos.

4. *His verbis virtus Sacrum effectiva tenetur,*
Ipſa creata quidem inſtrumentaliſq; neceſſe.

5. *Eſt verbis iſtis etiamq; locutio vera.*

6. *Accipit effectum Panis jam forma ſacrati,*
Verba licèt calicem non adſint nata ſacrare.
468.

QUÆSTIO LXXIX.

De Effectibus Sacramenti Euchariſtiæ.

Art. Effectus Sacramenti hujus ſiſtit in octo.

1. *Hoccé Sacramento confertur gratia ſancta.*
2. *Conſequitur vitam æternam qui ſuſcipit illud.*
3. *Dimittit culpas condignè cúiq; cibato,*
Iudicium ſumens manducat quiſq; malignus.
4. *Hoc etiam pignus venialia quæq; repellit.*
5. *Non totam pœnam, ſed certâ parte relaxat.*
6. *Crimine præſervat juſtum quemcunq; futuro.*
7. *Ac alijs etiam conducit ſacrificando.*
8. *Actu ſi veniale tenes, fruſtrabere fructu.*
476.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXX.

De usu hujus Sacramenti.

Art. Vsus sumendi bis senos Articulos vult.

1. *Sumitur hoc sanctum pignus sub sorte duali,*
Pignus manducas, effectumq; accipis ejus.
2. *Sumptio solum hominem concernit spiritualis.*
3. *Hoc justi sumunt, injustis nonq; negatur.*
4. *Sumens in culpis existens, sacrilegatur*
5. *Polluto manducanti est grave, sumere, crimen*
Ex proprio genere, haud tamē ipsa gravissima culpa.
6. *Publicus esto procul peccator, nonq; latens sic.*
7. *Pollutus de nocte, carens sit pignore sancto,*
Ansam si dederit: si non; decet abstineat se.
8. *Peccatum per se mensâ hac mortale repellit,*
Post potum, atq; Cibos Ecclesia denegat alma
9. *Hac mensâ arcentur nunquam ratione vigentes,*
Intervalla minùs, ni certa pericula subsint.
10. *Ad mensam potis est hanc quisq; venire dietim,*
Conducitq; nimis quando devotio mulcet
11. *Tam Christus damnat, quàm Sancta Ecclesia talem,*
Hoc sanctum pignus quisquis non sumere perstat.
12. *Sumat Sacrificans Corpus cum Sangvine semper,*
Ablatum Calicem prudenter scito Laicus,
Irreverens usus nam certa pericula gignit,
Quem puer, atq; senex poterat præstare tremiscens.

QVÆSTIO LXXXI.

De modo quo Christus est usus.

Art. Quatuor Articulos Christi modus ipse recenset.

1. *Distribuit Christus sua pignora, sumpsit & idem.*
2. *Nec se tradentem Iudam sejunxit ab illis.*
3. *Corpore passibili non passus seq; cibavit.*
4. *Quòd si servâsset, moreretur se moriente.*

492.

QVÆSTIO LXXXII.

De Ministro Sacramenti Eucharistiæ.

Art. In membris denis hujus conclude Ministrum.

1. *In Christi persona hoc conficit ipse Sacerdos.*
2. *Si plures dicant Sacrorum verba ministri*
Insimul, hi sacrant, non hostia multiplicatur,
Sæpiùs hoc constat, dum consecrantur & ipsi.
3. *Qui sacrare valet, dispensat Presbyter ipse.*
4. *Hoccè Sacramentum faciens, & sumere debet.*
5. *Atq; malus Mystes sacrando conficiens est.*
6. *Missa mali Mystæ tantùm valet ac melioris,*
Non se, sed Christi personam respiciendo.
Distingve orantem, non fructum te capientem.
7. *Et si crimen habet faciendo schismate fœdus,*
Consecrare valet Mystes, iddem Hæretico sit,
Dum modò sit ritè Mystes sacratus uterq;.
8. *Depositusq; potest, illi manet ipse character.*

6. Hæ-

9. *Hæresis, exclusus, cum schismate, sitq; minister,*
Hujus Missam audire cave, communio peccat;
Sed si præcessit Decretum Iudicis, actum.
10. *In festis Missam saltem celebrato Sacerdos.*
502.

QVÆSTIO LXXXIII.

De Ritu Sacramenti Eucharistiæ.

Art. In sex Articulis fas sit concludere ritum.

1. *Dicitur in Missa offerri isto pignore Christus.*
2. *Tertia cum Nona missandi tempora claudunt.*
3. *Vasa, locus Missandi, sint benedicta necesse,*
Excipiasq; locum fuerit si justa facultas.
4. *Quæ sunt in Missa, sunt condita cum ratione.*
5. *Tam in Consecrando, quàm circumstantibus ipsis.*
6. *Defectus quoscunq; Ecclesia Sancta resolvit,*
Nam cavet, emendat, vel mandat plangere factos.
508.

QUÆSTIO LXXXIV.

De *Sacramento Pœnitentiæ.*

Art. Articuli deni quævis plangenda recensent.

1. *Est speciale Sacrum commissas plangere culpas.*
2. *Materies duplex, Propior plangentis in actu,*
Vt detesteris quæ sunt peccata, Remota.
3. *In verbis:* Ego te absolvo *hujus forma tenetur.*
4. *Vt dextram imponas plangenti nonq; necesse.*

5. *Non cunctis, solùm peccantibus est opus illa.*
6. *Hoc post naufragium tabulàm dic esse secundam.*
7. *Convenit hoc statuisse Sacrum de Lege Recenti.*
8. *Interior planctus dum vixeris, optimus esto,*
Exterior tantùm certo cum tempore durat.
9. *Continuari habitu potis est, sed non potis actu.*
10. *Hoc iterare potes, si vexent crimina sæpè.*

518.

QVÆSTIO LXXXV.

De Pœnitentia ut est Virtus.

Art. Est dolor in senis sed pro virtute receptus.

1. *Planctus, sive dolor, virtus est, ad minus actus.*
2. *Et specialis erit, crimen nam destruit omne*
3. *Iustitiæ species mutantis dicitur illa.*
4. *Viq; volente manens proponit tollere culpas.*
5. *Principium timor illius sanè accipiendus,*
Namq; priora movet servilis, deniq; castus.
6. *Primitùs occurrit quisquis vult justificari.*

524.

QVÆSTIO LXXXVI.

De Effectu Pœnitentiæ respectu peccati mortalis.

Art. In sex Articulis crimen mortale remittit.

1. *Hic planctus quodvìs crimen mortale repurgat.*
2. *Hoc sine commissum nullum stat posse remitti.*
3. *Vnumq; abs alio, sed non dimittitur unquam*

4. Cum

4. *Cum ſit dimiſſum, remanet tamen ipſe reatus,*
Non pœnæ æternæ, ſed quæ per tempora purgat.
5. *Tollatur mortale licèt, mica parva manebit.*
6. *Effectusq́; Sacramentalis culpa remiſſa eſt.*

530.

QVÆSTIO LXXXVII.

De Remiſſione Venialium.

Art. Quatuor Articulis Venialia crimina ſolvit.

1. *Non Veniale poteſt dimiſſum eſſe abſq́; dolore.*
2. *Gratia ſanctificans infundi non petit ex ſe.*
3. *Pectus tunde, Pater noſter dic, ac benedictâ*
Aſpergaris aquâ, benedicat Epiſcopus, atq́;
Cætera ſi facias, Venialis culpa peribit.
4. *Si Mortale manet, Veniale haud tollitur ullum.*

534.

QVÆSTIO LXXXVIII.

De reditu peccatorum.

Art. Quatuor Articulis redeunt peccata remiſſa.

1. *Non redeunt maculæ per ſe, culpæq́; reatus*
Poſt dimiſſa ſemel, ni mox graviora ſequantur,
Quæ virtute valent maculas retinere priorum.
2. *Hoc pariter cunctis de ingratis dicere fas ſit.*
3. *Ingratus culpæ miſſæ, majore reatu*
Non ſtabit peccans, gravitabunt quæ inde ſequentur.
4. *Peccant ingrati ſpecialiter, haud tamen omnes.*

538.

QUÆSTIO LXXXIX.
De Reditu Virtutum.

Art. Per sex membra volunt Virtutes surgere primæ.
1. *Virtutes redeunt dimisso crimine mortis,*
Gratia namq; redit justis, comitantur at illæ.
2. *Major sive minor Virtus post plancta resurgit.*
3. *At quàm dignus homo fuerat sine crimine vivens,*
Post Planctum, si talis erit? dum scire cupiscis.
Gratia tanta redit, sed non sic innocuus fit.
Ast Ecclesia primum non permittit honorem,
Si dolor est nullus, torpens, vel scandala subsint,
Vel si crimen erit per quod jam non habilis sit.
4. *Crimina quæ venient, benefactum mortificabunt.*
5. *Hoc tamen ad planctum dimissio crimine surgit,*
Scilicet ad vitam æternam jus restituendo.
6. *Mortua sed benefacta negato vivere vitâ.*
544.

QUÆSTIO XC.
De Partibus Pœnitentiæ.

Art. Partibus in planctûs numerantur membra quaterna.
1. *Sunt actus plures, partes pluresq; necesse est.*
2. *Contere, dic culpas, facias satis, en tibi sunt tres.*
3. *Hæ planctum integritant, non substant, nonq; potentes.*
4. *Anteq; Baptismum, mortem, Venialia plange.*
548.
Sic finita manet Summæ Pars Tertia tota,
Per Quæsita novem denaria, cuncta revolvens.
Ac per quingentos, decies quater, octo cothurnos.
FINIS TERTIÆ PARTIS.

SUPPLEMENTI TERTIÆ PARTIS *Summæ Angelicæ.*

QUÆSTIO I.

De Contritione quæ est pars Pœnitentiæ.

Art. Per tres Articulos specialem divide Planctum.

1. Est dolor assumptus pro culpis, propositumq;
Dicendi proprias noxas, satis & faciendi
Definita manet verbis Contritio rectis.
2. *Impropriusq; actus Planctûs virtutis habetur.*
3. *Contritum ex attrito per se dicere non stat.*

3.

QUÆSTIO II.

De Objecto Contritionis.

Art. Per sex Articulos contriti objecta revolve.

1. *Ob culpam admissam tantùm Contritio surgit.*
2. *Hanc minimè crimen deposcit Originis ipsam.*
3. *Ast actu poscit commissum comminuendum.*
4. *Præteritum spectat tantùm, refugitq; futurum.*
5. *De Alterius culpis nullus Contritus habetur.*
6. *Incipit à quovis mortis, sed ad omnia finit.*

9. QVÆ-

QVÆSTIO III.

De Quantitate Contritionis.

Art. Tres dant Articuli Contritio quanta tenenda?

1. *Hic dolor ad sensum collatus maximus esto*
Semper enim sensu graviùs dolet ipsa voluntas
2. *Hic dolor excedit sensu, sed non ratione.*
3. *Majorem culpam major contritio spectat.*

12.

QUÆSTIO IV.

De Tempore Contritionis.

Art. In tribus Articulis contriti tempora sistunt.

1. *Per totum tempus vitæ Contritio fiat.*
2. *Continuò si possis, vel non impediaris*
3. *Nam post hanc vitam dabitur Contritio nulla.*

15.

QUÆSTIO V.

De Effectu Contritionis.

Art. In tribus effectus membris Contritio stringit.

1. *Culpa remissa manet, fecit Contritio totum.*
2. *Sufficit hæc culpam, ac pœnæ delere reatum.*
3. *Et dolor hoc faciet parvus causatus ab illa.*

18.

QVÆ-

QUÆSTIO VI.
De Confessione.

Art. In sex Articulis sistit Confessio culpæ.

1. *Committens mortale scelus petis esse remissum? Sacramentalis Confessio sufferet illud.*
2. *Divini, non humani est Confessio juris.*
3. *Obligat hæc omnes sanctè semel ipsa fideles.*
4. *Peccatum non Commissum, non Confitearis.*
5. *Hoc facias, Confessoris dum copia præsto. Tempore seu illo, statuit quo Ecclesia Sancta.*
6. *Nullus homo potis est, hac, dispensare, jubente.*

24.

QVÆSTIO VII.
De Quidditate Confessionis.

Art. Per tres Articulos quid sit Confessio, quæras?

1. *Quæ* morbū latitantem aperit, speratq; remitti; *Tradita ab Augustino est definitio recta.*
2. *Actuq; est genere ex proprio Confessio Virtus.*
3. *Elicit hanc planctus, reliquis mandatur at ipsa.*

27.

QUÆSTIO VIII.
De *Ministro Confessionis.*

Art. Articulis septem Confessi claude Ministrum.

1. *Solus, cûi reseranda manent peccata, Sacerdos.*

2. *Ac alijs possunt, casus cùm maximus urget.*
3. *Stat benè de venia Confessio facta Laico.*
Non iteranda manet coram proprioq; Ministro,
Pectora tundendo, aspergendoq; tollitur illa.
4. *Ista Sacerdoti proprio Confessio fiat.*
5. *Altri etiam, cùm permittunt mandata superna.*
6. *Articulo mortis cúivis dissolvere fas sit*
Presbytero, plangentes crimina, tum referantes.
7. *Non semper culpis pœnæ taxantur ad ungvem,*
Conditio meliùs Confessi taxat easdem.

34.

QUÆSTIO IX.

De *Qualitate Confessionis.*

Art. Quatuor Articuli, qualis Confessio quærunt?

1. *In Sacramento quamvìs Contritio desit,*
Aut amor, est Confessio; virtus hoc petit ipsa.
2. *Integra sit semper Confessio, crimina pandens.*
3. *Ore tuo facias illam, nisi lingva negabit.*
4. *Sunt sex atq; decem Confessi conditiones:*
Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, & discreta, libens, verecūda;
Integra, secreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & acusans sit, sitq; parere parata.

38.

QVÆSTIO X.

De Effectu Confessionis.

Art. Quinos Articulos effectus continet ejus.

1. *Eripit hæc animam morti Confessio sancta.*
2. *Liberat à pœna æterna, solvente ministro,*
Tempora diminuit, quò major quæq; videtur.
3. *Hac etiam rectè reseratur janua cæli.*
4. *Sacramentalis tribuit sperare salutem.*
5. *Oblitum mortale scelus generalia tollunt,*
Siq; recorderis specialiter, inde rubescas.

43.

QVÆSTIO XI.

De Sigillo Confessionis.

Art. Articulis quinis itidem conclude sigillum.

1. *Crimina dicta sibi, debet celare Sacerdos.*
2. *Hæc sunt omninò directè clausa sigillo,*
Et quæ annectuntur debet celare secundò.
3. *Stringitur omnis ad hoc per casũ, ut & ipse Sacerdos.*
4. *Si plangens jubeat, referes, sed scandala vita.*
5. *Antè, seú scitis pòst, hæc non regula servit.*

48.

QVÆSTIO XII.

De Satisfactione.

Art. Quære tribus membris quidnam satfactio dicat?

1. *Dum facis ipse satis, virtus formalis habetur,*
Non habitum dicens ullum, sed dicitur actus.
2. *At non alterius, mutantis Iustitiæ quàm.*
3. Debitus hacce Deo pensatur Cultus honorq;
Anselmus Sanctus benè definivit eandem.
Et per præteritum Augustinus congrua scripsit.
51.

QUÆSTIO XIII.
De possibilitate satisfactionis.

Art. Illam possibilem membris conclude duobus.

1. *Compensare Deo, quantùm conetur ad istud*
Possibile est homini, tamen hinc æqualia demas.
2. *Susceptam pro alio justus complere potens est,*
Si dicat pœnam, Medicinæ sæpè vacillant.
53.

QUÆSTIO XIV.
De *Qualitate satisfactionis.*

Art. Articuli quini dicunt, satfactio qualis?

1. *Non facit ille satis, qui unum distingvit ab altro.*
2. *Et pro dimissis, quando dilectio non est.*
3. *Vivificat nunquam comitans dilectio primam.*
4. *Hanc extra meritum condignam non stat haberi,*
Congrua subsistunt, quando pia facta facit quis.
5. *Æternas pœnas hæc non auferre valebunt.*
Diminuunt solùm, differri tempora poscunt.
58.

QVÆ-

QUÆSTIO XV.

De pertinentibus ad satisfactionem.

Art. In tribus Articulis refer huc spectantia quæq;.

1. *Compensare potes culpam pœnalibus actis.*
2. *Siq; flagella Dei patienter suscipis, iddem,*
Impatiens, nunquam faciens satis esse potens est.
3. *Orare, & jejunare, ac eleemosynari,*
Sunt tria, quæ compensandis aptissima dicas.

61.

QUÆSTIO XVI.

De suscipientibus satisfactionem.

Art. In tribus Articulis concludas suscipientes.

1. *Crimina non plangat, qui vivit criminis expers,*
Actum, non habitum virtutis respiciendo,
2. *Planctus ad ornatum in Patria remanebit abundè.*
3. *Est reprobis genijs planctus, sed passio, dictus,*
At virtus nunquam, Sanctos nec passio spectat.

64.

QUÆSTIO XVII.

De Potestate Clavium.

Art. In tribus Articulis poteris perstringere claves.

1. *Regni cælestis claves Ecclesia Sancta*
A Christo accepit, ligat, absolvitq; fideles.
2. *Hæc illis meritò servit geminata potestas.*

3. *Vna est Iudicij, conducit at altera ad actum.*

67.

QUÆSTIO XVIII.
De Effectu Clavium.

Art. Quatuor Articulis Effectus clauditur harum.

1. *Ipse Deus culpam dimittit, statq; Sacerdos*
In virtute ministerij, quod clavibus implet.
2. *Non totum pœnæ sic temporis ille remittit.*
3. *Dissolvit culpam quodam modò non tamen arctat,*
At pœnam solvit semper, vel stringit eandem.
4. *Non ex arbitrio proprio, præscripta tenendo.*

71.

QVÆSTIO XIX.
De Ministro Clavium.

Art. Senis Articulis, Clavis conclude Ministrum.

1. *Clavibus ad Cælum, Mystæ sub lege carebant,*
Defuerat virtus, fuerat sed sola figura.
2. *Excellenter habet Claves has Christus IESVS.*
3. *Solis conveniunt Claves benè Presbyteratis*
Ordinis, at permultis jurisdictio servit.
4. *Nullus habet Claves Sanctus, si Presbyter haud sit.*
5. *Et malus hic gaudet, sic instrumenta requirunt.*
6. *Hæreticus, Schismans, Exclusus, cessat ab usu.*

77.

QVÆ-

QVÆSTIO XX.

De Exercitio usûs Clavium.

Art. Exercere usum Clavis, petit Articulos tres.

1. *Clavibus ad cunctos valet haud arctata potestas,*
Ast arctata minùs, nisi dum conceditur illa.
2. *Ordine stat simplex peccata remittere Mystes,*
Excipe sed quædam, queîs jurisdictio nulla.
3. *Major at hoc in se poterit conferre minori.*

80.

QUÆSTIO XXI.

De *Excommunicatione.*

Art. Quatuor Articulis Exclusio clauditur in se.

1. *Est descripta benè Excommunio versibus istis.*
Si pro delictis anathema quis efficiatur.
Os, orare, vale, communio, mensa, negantur.
2. *Ritè Ecclesia peccantes anathemate punit.*
3. *Ponitur hoc etiam pro damno temporis aptè.*
4. *Hæc injusta valent, contemptus si sit in illis.*
Error & annihilans effectum destruit omnem.

84.

QVÆSTIO XXII.

De Excommunicandis.

Art. Articulis Excludendos excludito senis.

1. *Solus Episcopus, & major Prælatus, in isto est*
Munere sufficiens, excludere quosq; rebelles.

2. Hocq;

2. *Hocq; valet dicens jus, sit minimè vé Sacerdos.*
3. *Officio, Exclusus, suspensus non valet isto.*
4. *Æqualem nullus potis est excludere, nec se.*
5. *Quosq; sigillatim, populus non substat eidem.*
6. *Peccat quis quoties, toties excluditur aptè.*
90.

QVÆSTIO XXIII.
De Participantibus.

Art. In tribus Articulis clauduntur participantes.

1. *Participare nefas Exclusis, excipiuntur.*
Vtile, lex, humile, & res ignorata, necesse:
2. *Participans suberit majori, sivè minori.*
3. *Crimen; contemptus, Divina, hæc morte pianda.*
93.

QVÆSTIO XXIV.
De Absolutione ab Excommunicatione.

Art. In tribus Articulis absolvitur ipse recisus.

1. *Vinclo majori constrictum, velq; minori*
Solvere quisq; potest, proprius de jure Sacerdos,
Index sed stringens absolvat, & altior illo.
2. *Vinctus ut esse potest invitus, sicq; solutus.*
3. *Multis constrictus Censuris solvitur aptè,*
Ex uno tantùm, maneant si cætera vincla.
98.

QVÆ-

QVÆSTIO XXV.

De Indulgentia.

Art. Ternos Articulos petit Indulgentia Sancta.

1. *Præsentes pœnas hæc, purgandasq; relaxat,*
2. *Præcinitur quantùm, tantùm valet ipsa, modò adsit*
Dantis Majestas, dilectio suscipientis,
Causa ejus Pietas, horum nam quodlibet obstat.
3. *Subsidium directum spiritualibus actis*
Temporeum licitè petit, at contraria nunquam.

99.

QVÆSTIO XXVI.

De Potestate Indulgentiæ.

Art. Quatuor Articulis possunt conferre valentes.

1. *Hanc dare nō potis est Parochus, simplexq; Sacerdos,*
Si plenam cupias, sed solus Episcopus ipse.
2. *Sit quamvis Diacon tantùm minimèq; Sacerdos,*
Dum tamen Electus, vel delegata potestas.
3. *Si quandoq; placet plenam concedere cûiquam,*
Solus Papa valet, reliquis concessa minor sit.
4. *Peccato hæc, non jurisdictio diminuenda.*

103.

QVÆSTIO XXVII.

De recipientibus Indulgentiam.

Art. Jam quibus hæc valeat, declarant mēbra quaterna.

1. *Crimine mortali nullus lucratur eandem,*

Sed benè contritus, confessusq́ esse tenetur.
2. *Hæc prodesse potest personis Relligiosis.*
3. *Conditione carens nullus lucratur eandem.*
4. *Ad concedentes etiamq́ extenditur ipsa.*

107.

QUÆSTIO XXVIII.

De Pœnitentia Solenni & Publica.

Art. In tribus Articulis solennis planctus habetur.

1. *Solennem Planctum solennia crimina poscunt, Sic datur exemplum, conducens estq́ saluti.*
2. *Non iterando tamen, contemptu viliùs audit.*
3. *Solennis Clero non detur publica pœna, Scandala nam prohibent, alijs det Episcopus illam. Hanc vir vel mulier subeat, sed publica sola Respicit & Clerum, quoties peccata requirunt.*

110.

QUÆSTIO XXIX.

De *Extrema Unctione.*

Art. Vltima membra novē Sacramentum Vnctio poscit.

1. *Non Sacramentale, Sacramentū Vnctio Sancta est.*
2. *Ac plures actus habeat licèt, est tamen unum.*
3. *Christus id instituit, mandârunt Discipuli post.*
4. *Materies Oleum liniēns, quod sanat, Olivæ.*
5. *Omninò hoc Oleum consecratum esse tenetur.*
6. *Solus Episcopus illius sacrator habendus.*

7. Hoc

7. *Hoc habet & formã in verbis, prôut cætera, certam.*
8. *Hanc Eccleſia conſummat per verba precantis.*
9. *Forma in Ritúàli poſita eſt aptiſſima certè.*

119.

QUÆSTIO XXX.

De Effectu Extremæ Unctionis.

Art. In tribus Articulis effectus clauditur ejus.

1. *Unctio, quæ reſtant, tantùm peccata remittit.*
2. *Corpora dum ſanat, referas ad Principiantem.*
3. *Imprimitur nulluſq; per hæc ungenda Character.*

122.

QVÆSTIO XXXI.

De Miniſtro Extremæ Unctionis.

Art. In tribus Articulis, hujus perquire Miniſtrum.

1. *Hoc pignus nullus potis eſt conferre Laicus.*
2. *Hoc etiam nullus Diacon conferre valebit.*
3. *Et non ſolus Epiſcopus, at quicunq; Sacerdos.*

125.

QVÆSTIO XXXII.

De recipientibus Extremam Unctionem.

Art. Articulis ſeptem ungendos concludere fas eſt.

1. *Hoc Sacramentum ſanis conferre nefas ſit.*
2. *Nec quovis morbo, ſed dum mors proximat atra.*
3. *Ni intervalla habeant, furioſis non dabis illud.*

4. *Non etiam puero devotâ mente carenti.*
5. *Partes, quâ radix morbi ungas ſpiritualis.*
6. *Os, oculos, aures, nares, renesq́, manusq́*
Cum pedibus, ſenſus externi, talia poſcunt.
7. *Sed mutilis membris propior pars debet inungi.*

132.

QVÆSTIO XXXIII.

De *Iteratione Extremæ Unctionis.*

Art. Numq́ iterare potes? membris inquire duobus.

1. *Hoc iterando Sacramentum eſt injuria nulla.*
2. *In morboq́ uno, vario-langvore petente.*

134.

QVÆSTIO XXXIV.

De Sacramento Ordinis.

Art. Quinis Articulis Sacer Ordo ſtare repoſcit.

1. *Sancta Eccleſia poſcit ut ordine cuncta regantur.*
2. *Eſt*: ſignum quoddam, quo traditur ipſa poteſtas
Spiritualis, *Definitio convenit iſta.*
3. *Ordo Sacramentum quod ſit, dubitare nefaſtum.*
4. *Conveniens forma eſt tradendi hæc Munera Sacra.*
5. *Hoccé Sacramentum ſpeciali materiâ ſtat.*

139.

QUÆSTIO XXXV.

De *Effectu Ordinis.*

Art. Articulis quinis effectus ordo recenſet.

1. Gra-

1. *Gratia sanctificans confertur in Ordine sacro.*
2. *Ascendit gradibus sacratus, fitq; character.*
3. *Sed Baptismalem omninò supponere debet.*
4. *Congruit & Confirmantem supponere primùm.*
5. *Majores etiam supponere crede minores,*
Congruit ambobus, sed non per cuncta necesse.

144.

QUÆSTIO XXXVI.

De Qualitate suscipientium Ordines.

Art. Qualis suscipiens? quinis concludito membris.

1. *Sit bonus in vita sacrandus, præcipit hæc lex.*
2. *Ordo qualis erit, talisq; scientia subsit.*
3. *In merito vitæ minimè consistit id iddem.*
4. *Peccat at indignis Antistes contribuendo.*
5. *In peccato exercens peccat, si absq; necesse.*

149.

QVÆSTIO XXXVII.

De Distinctione Ordinum.

Art. Articulis quinis itidem distingvitur Ordo.

1. *Expedit ut plures Ecclesia poscat eosdem.*
2. *Et sunt hi septem, quos Eucharistia poscit.*
Porta, Legens, Exorcizans, Acolythus, imi.
Subdiacon, Diacon, Majores, atq; Sacerdos.
3. *Materia in Sacros, non Sacros dividit illos.*
4. *Cuîlibet ex illis proprius benè jungitur actus.*

5. *Presbytero Calicem confertur dando Character.*

154.

QVÆSTIO XXXVIII.

De Collatore Ordinum.

Art. Quæritur Articulis de Collatore duobus.

1. *Hoccè Sacramentum solus dat Episcopus ipse.*
2. *Hæreticus, Schismans, confert, ast impedit actum.*

156.

QVÆSTIO XXXIX.

De Impedimentis Ordinis.

Art. Articuli impediunt seni sed suscipiendos.

1. *Non fæmella capax unquam valet Ordinis esse.*
2. *Infantes possunt, sed Sacris obstat honestas.*
3. *Servus honore caret, collatos suscipit aptè*
4. *Et Mactatores Ecclesia pellit ab illis*
Mandato justo, collatus at ordo valebit.
5. *Hoc de illegitimè natis per cuncta tenendum*
6. *Ordineq; arcetur mutilatus propter honestum.*

162.

QVÆSTIO XL.

De annexis Ordini Sacro.

Art. Septem membra petit connexũ cum Ordine Sacro.

1. *Ordine sacratum ritè tonsura decebit.*
2. *Non hæc Ordo manet, sed certa præambula signat.*

3. *Exu-*

3. *Exuitur per eam nullus, quæ possidet ipse.*
4. *Presbyteros super Antistes dans jura locatur.*
5. *Non Sacramentalis hic, ast Hierarchicus Ordo.*
6. *Præsulibus Summus sed præsit Episcopus ipse.*
7. *Omnibus his vestes aptatæ convenienter.*
169.

QVÆSTIO XLI.
De Matrimonio.

Art. Mēbra quaterna Sacramentū dant Nomine Nuptū.

1. *Nubere jura docent naturæ, sed tamen adde, Quòd prolis causâ obsequijq; fidelis utrinq;.*
2. *Non tamen ex præcepto homines connubia tractant.*
3. *Atq; actum nuptûs licitum nemo esse negabit*
4. *Qui sumptus sanè meritorius ipse manebit.*
173.

QVÆSTIO XLII.
De Matrimonio ut est Sacramentum.

Art. Hoccè Sacramentum membris conclude quaternis.

1. *Est Nuptus Sacramentum peccata refrænans.*
2. *Naturæ officium præcessit crimina nostra, Vt medicina tamen, successit tempore certo.*
3. *Gratia per pignus Nuptûs tribuenda probatur.*
4. *Ejus carnalis commixtio spectat ad usum.*
177.

QVÆ-

QUÆSTIO XLIII.

De Sponsalibus.

Art. In tribus Articulis sponsalia claudis opimè.

1. *Hæc sunt venturi Nuptûs promissio quædam.*
2. *Sufficiunt anni septem sponsalibus apti,*
Nuptûi his septem, viginti ac ordinat unus.
3. *Religio, ac Nuptus solvunt sponsalia quæq.*

180.

QUÆSTIO XLIV.

De Quidditate Matrimonij.

Art. In tribus Articulis Nuptûs descriptio stabit.

1. Est, *Nuptus*: conjunctio fœmellæq; viriq;
Ordine gignendi prolem, beneq; instituendi
Concordem vitam ducendi pacis in ulnis
2. *Conjugis hic Nuptus, tum Matris nomina portat.*
3. *Iuxta Lombardum bona Definitio Nuptûs*
Namq; aliæ causis sistunt, effectibus altræ,
Omnibus his missis Lombardi sistit in Esse.

183.

QVÆSTIO XLV.

De Consensu.

Art. Articulis quinis Nuptûs consensus habetur.

1. *Mutuus assensus nuptum benè conficit in se.*
2. *Exprimitur verbis certis, quæ ferre necesse.*

3. *Hunc*

3. *Hunc non efficiunt facto, de, verba futuro.*
4. *Nil agit exterior si desint interiora.*
5. *Occultum prohibens Ecclesia, sit tamen inter*
Legitimas personas, verum haud esse negabit.
188.

QUÆSTIO XLVI.
De Consensu per Iuramentum.

Art. Binis juratum consensum quære cothurnis.

1. *Expressè haud causant jurantia verba futura.*
2. *Copula carnalis sponsalia prima secuta,*
Iudice legitimat coram, intra haud Regula servit.
190.

QVÆSTIO XLVII.
De Consensu coacto.

Art. Consensus poscit senaria membra coactus.

1. *Hic per se non stat, violentia cogere dicit.*
2. *Majoris damni constans vir sæpè timore*
Obruitur, sed non capiendo damna minora.
3. *Atq; metus talis Nubentûm facta recidit.*
4. *Dissolvunt Nuptum, tam cogens, quamq; coactus.*
5. *Conditio jungens consensum, si sit honesta,*
Nec pugnans, firmat; contraria rumpit eundem.
6. *Cogere non debent, possunt svadere Parentes.*
196.

QVÆ-

QVÆSTIO XLVIII.

De Objecto Consensûs.

Art. Objectum membris consensûs claude duobus.

1. *Consensus faciens Nuptum, non respicit ultra,*
In nuptu sistit, carnalis copula post hæc.
2. *Stat ritè Nuptus, causâ non stante decenti.*

198.

QVÆSTIO XLIX.

De Bonis Matrimonij.

Art. Quæ bona sunt Nuptûs? dicunt senaria membra.

1. *Iacturam, Nuptûs bona, compensare necesse.*
2. *Proles, atq; Fides, Sacramentũ, hæc bona Nuptûs*
Sunt tria, queîs Nuptûs ratio reddatur honesta.
3. *Hæc inter Sacramentum sit dignius altris,*
Ordine Naturæ, Prolesq;, Fidesq;, Sacrumq;.
4. *Pensatur tribus his carnalis spurca voluptas,*
Turpia mundantur, tum sanctificantur honore.
5. *His tribus ablatis carnalis copula peccat.*
6. *Et mortale manet, moveat si sola libido.*

204.

QUÆSTIO L.

De Impedimentis Matrimonij in Communi.

Art. Vno stant membro clausa impedientia Nuptum.

1. *Hæc sunt duplicia, at versus perpende sequentes:*

Eccle-

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriàtum, Sunt antiqui in Canonistis versus.
Impediunt fieri, permittunt juncta teneri.
Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultûs disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis,
Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.

205.

QUÆSTIO LI.

De Impedimento Erroris.

Articulis binis error concluditur in se.

Art.

1. *Error ut impediens consensum, ponitur aptè.*
2. *Impedit in persona, seu in conditione.*

207.

QVÆSTIO LII.

De *impedimento Conditionis.*

Quatuor Articulis concludas Conditionem.

Art.

1. *Servitus ignorata facit dissolvere junctos.*
2. *Abs Domini scitu, servum stat nubere posse.*
3. *Vir servire valet, licèt haud consentiat Vxor.*
4. *Libera si Mater, natis hæc Conditio sit,*
Hosq; patri subdunt, quædam Civilia jura.

211.

QUÆSTIO LIII.

De Voti & Ordinis impedimento.

Art. Quatuor Articulos Votum petit Ordine junctum.

1. *Nuptum jam factum non solves simplice voto,*
Attamen est prohibens ad pertransire futurum.
2. *Dum solenne manet, nuptum dissolvit utrumq;.*
3. *Nubere non potis est Græcus quicunq; Sacerdos,*
Ast uxoratus minimè prohibetur ab usu.
Impedit at Nuptus semper solvitq; Latinum.
4. *Vir sinè consensu Vxoris valet esse Sacerdos,*
Exercere nequit, donec concesserit Vxor,
Vel si noluerit, mors expectanda manebit.
215.

QVÆSTIO LIV.

De impedimento Cognationis.

Art. Quatuor Articulis Conjuncti sangvine gaudent.

1. *Est*: vinclum descendentûm de stipite eodem,
Quos secum junxit carnalis certa propago.
Est Consangvinitatis definitio recta.
2. *Linea descendens, ascendens, trans-quoq;-versa*
In gradibus junctos distingvunt convenienter.
3. *Hæc aliquos naturali de jure repellit,*
Divino quosdam, pugnant humana quibusdam.
4. *Taxavit Consangvinitatem* Ecclesia *rectè,*
Nubere qui valeant? contra quos nubere non stat.

Æqua-

Æquales quinto concedens nubere gressu.
Transversiq́; trahunt majores ad sua jura,
Directos nunquam, concernit regula talis.
219.

QUÆSTIO LV.

De Impedimento Affinitatis.

Art. Vndena Affinem concludunt membra legendum.

1. *Dat Consangvineos generatio, copula nuptûs*
Affines, Consangvineis fundantur in ipsis.
2. *Non tollitq́; Viri mors, aut Vxoris, id iddem.*
3. *Ac de concubitu illicito hæc Cognatio surgit.*
4. *Non dant affinem sponsalia, at æquiparans quid,*
Publicæ honestatis quam dicunt justitiam esse.
5. *Affinem affinis non causat, carmine dictum,*
Mutat nupta genus, mutat generata gradumq́;.
6. *Si sit præcedens, contractum rumpit utrumq́;.*
7. *His gradibus gaudet, quos servant sangvine juncti.*
Quoq́; gradu differt à te Vir, distat & Vxor.
8. *Affines currunt per totum sangvinis instar.*
9. *Vt Consangvineos, Affines solve maritos.*
10. *Hunc ad processum accusatio sufficiens sit.*
11. *Ac prout in reliquis, per testes causa probanda.*
230.

QVÆSTIO LVI.

De Cognatione Spirituali.

Art. Quinis ſtat membris Cognatio Spiritualis.

1. *Hæc ſocianda vetat, Connubia facta retractat.*
2. *Hæc ex Baptiſmo cognatio naſcitur ipſa.*
Non minùs urget eandem Confirmatio Sacra.
3. *Suſcipiens, de fonte levans, cognatio juſta.*
4. *Tranſit ad Vxorem, vel non Cognatio talis?*
Vt benè diſcernas antiquos percipe verſus:
Quæ mihi, vel cujus natum, mea fonte levavit.
Hæc mea commater, fieri mea non valet Vxor.
Si qua meæ natum non ex me, fonte levavit,
Hanc poſt fata meæ, non inde vetabor habere.
Vnus ſemper erit Compatrum Spiritualis,
Alter Carnalis, non fallit Regula talis.
5. *Tranſit & ad prolem Cognatio Spiritualis,*
Per tria diſtingvens Cognatos munere compto,
Patres, Compatres ac Fratres Spirituales.
235.

QUÆSTIO LVII.

De Cognatione Legali.

Art. Per tria Legalis Cognatio membra legenda.

1. *In* propriũ Externæ Perſonæ aſſumptio natum;
Conſtat adoptandi, data definitio recta.
2. *Hæc cognatio Legalis Nuptum impediens eſt*
Legi-

Legibus humanis, Ecclesia Sancta probavit.
3. *Linea descendens Nuptum vetat ordine in isto,*
At transversa minùs, donec sit mansio tuta.

238.

QUÆSTIO LVIII.

De impedimentis, frigiditatis, & alijs.

Art. Frigidus ac alij sub quinis sistite membris.

1. *Frigiditas naturæ, nuptum est rumpere nata,*
Tres hyemes nihilo minùs ante probatio servet.
2. *Hæc incantatis inservit Regula comptè,*
Sed distingvendum, quod frigus semper ineptum,
Hoc post tres annos, licitè dissolvitur ipsum
Nubere non prohibens alijs ut frigora dicunt.
3. *Qui furiosus erit, non nubat, facta retractet,*
Lucida ni intervalla vetent, furieq; sequentes.
4. *Incæstus Nuptum præcedens, impedit omnis,*
Atq; sequens minimè, privat sed jure petendi.
5. *Impubes, minimè nubat, ni suppleat annos*
Naturæ robur, rationis conferat usum.

243.

QUÆSTIO LIX.

De Impedimento disparitatis cultûs.

Art. Per sex disparitas cultûs vult membra teneri.

1. *Disparitas cultûs præcedens nubere non dat,*
Ac etiam quævis Connubia solvere nata.

2. Relli-

2. *Relligione carens verâ, benè nubit uterq́,*
Attamen hic nuptus minimè perfectus habetur.
3. *Conversus Conjux constrictâ errore maritâ,*
Nuptum non solvit, nisi sit correctio nulla.
4. *Gentilis baptizatus nolente maritâ*
Solvitur abs illa, nec debita reddere debet.
5. *Discedens à Gentili Vir quisq́ maritâ,*
Quæ solita est excelsum blasphæmare creantem,
Hanc licitè poterit dimittere, nubere & altri.
Si studeat paci, mittat, non ducat at altram
6. *Nuptûs quisq́ ratus causâ non solvitur ullâ*
Si ratus haud fuerit contraria regula servit.
Disjungas thalamum, dum sistit adultera conjux.
Crimina spectando sed cætera nupta tenenda.

249.

QUÆSTIO LX.

De *Impedimento ex Uxoricidio.*

Art. Articulis mactans Vxorem siste duobus.

1. *Non licet Vxorem propriam mactare marito,*
Iudicio tradat, quod si sit adultera conjux.
2. *Vxorem mactanti Ecclesia nubere non dat,*
Dispensare potest, nuptum non separat actum.

251.

QVÆSTIO LXI.

De impedimento Voti Solennis.

Art. In tribus Articulis Votum Solenne revolve.

1. *Vir nunquam voveat, ni ejus consenserit Vxor*
2. *Relligioq; ratum Nuptum dissolvit apertè.*
3. *Hoc si Vir faciat, mulier sit nupta sodali.*

254.

QVÆSTIO LXII.

De Fornicatione post Matrimonium.

Art. In sex Articulis probrum carnale refertur.

1. *Ex Domini verbis linquatur adultera Conjux.*
2. *Sed si pœniteat, preceptum* Linquere *cessat,*
Si non: dimittat, nec crimen participabit.
3. *Si lectum spectes, valeat Vir linquere scortum*
Iudicio proprio, de vinclis judicet alter.
4. *Vt vir, sic mulier, paribus sunt, judice coram:*
Si prolem spectes, peccabit adultera Conjux
Plùs quàm vir, dubios præstando germine natos.
5. *Nubere non liceat Mæchis, dum vivit & alter,*
Quamvìs Iudicium statuat divortia justa.
6. *Vxorem redeuntem post divortia conjux*
Si doleat, retinere potest, secus exulet illa.

260.

QVÆSTIO LXIII.

De Nuptijs secundis.

Art. Articulis binis nuptum conclude secundum.

1. *Dum moritur Conjux fas vota subire secunda.*
2. *Hæcq; Sacramentum verum dic vota secunda.*

262. Kk QVÆ-

QUÆSTIO LXIV.

De Debito Matrimonij.

Art. Articulis denis redduntur debita nuptûs.

1. *Reddere tam mulier, quàm vir, sibi debita debent.*
Sed spectanda tamen semper generatio prolis.
2. *Debita vir reddat, tacitè etsi uxore petente.*
3. *Menstrua si patitur mulier, non debita poscat.*
4. *Nec reddat licitè, nisi magna pericula subsint.*
5. *Actibus in carnis Conjux æqualis uterq;.*
6. *Vota negantur eis ni sit Consensus utrinq;.*
7. *Debita sunt festis minimè repetenda diebus.*
8. *Hoc quicunq; facit mortali crimine peccat.*
9. *Lubrica si carnis subsint, nec festa cavenda.*
10. *Temporibus certis non nubere, sanctio justa.*

272.

QUÆSTIO LXV.

De pluralitate Uxorum.

Art. Articulis quinis Vxores percipe plures.

1. *Est contra legem naturæ ducere plures*
Vxores quodammodò, vel non, prolibus aptas.
2. *Hunc propter finem Patribus concessa facultas.*
3. *Naturam vitias, si pellice quando fruaris.*
4. *Concubitus simplex mortalia crimina gignit.*
5. *Iunctam illegitimè nunquam retinere licebat.*

277.

QVÆ-

QVÆSTIO LXVI.

De Bigamia.

Art. Articulis quinis bigami clauduntur inepti.

1. *Est bigamus meritò pellendus ab ordine sacro.*
2. *Dum bigamo duplex uxor manet, altera juris,*
Altera sed facti, non debet Clericus esse.
3. *Ex Vidua ducta defectus provenit iste.*
4. *Quem delere nequit Baptismi ablutio sacra.*
5. *Dispensare potest defectu hoc Papa Supremus,*
Antistes tantùm, præstare Minoribus aptum.

282.

QVÆSTIO LXVII.

De Libello Repudij.

Art. Articulis septem conclusa est nupta repulsa.

1. *Naturæ mandat jus, non sejunge maritos.*
2. *Hoc tamen efficiens est dispensatio certa*
3. Nec *Lex mandavit Moysis, permittere fecit.*
4. Nubere *Nupta repulsa nequit, dispensa petenda.*
5. *Nuptam dimissam Hæbræis redhabere negatum.*
6. *Quando Vir odit eam, tum proxima causa manebat,*
Et plures aliæ fuerant, sed quæq; remotæ.
7. *Inscribi libro generaliter ista petebant.*

289.

QVÆSTIO LXVIII.

De Filijs illegitimè natis.

Art. Tres petit Articulos genus omne illegitimorum.

1. *Concubitu naturales dic simplice natos,*
Ast ab adulterio, vel stupro illegitimentur.
2. *Primum illegitimis damnũ, haud mittuntur ad actus*
Legitimos, capiunt post nil de sorte Paterna,
Sed Naturales in sexta parte manebunt,
Nil spurijs cedet, sed tantùm alimenta dabuntur.
3. *Nati illegitimi possunt benè legitimari.*

292.

QUÆSTIO LXIX.

De *loco animarum post mortem.*

Art. Jamq; locum post mortem animarũ quære novenis.

1. *In cælos animæ referuntur queq; beatæ,*
Ast alijs contra diversa locatio servit.
2. *Vt levitas tendit sursum, gravitasq; deorsum,*
Sic sanctas cæli, ni quædam obstacula subsint
Tempore purganda, at damnatas tartara captant.
3. *Non Paradisum non infernum linquere possunt,*
Attamen ad tempus quandoq; inde egrediuntur.
4. *Limbus erat sinus Abrâmi, justosq; receptans,*
Hic tamen inferni communi nomine dictus.
5. *Condistinctus erat damnatûm à sede nefasta,*
Contiguoq; loco positus, sed sorte supernâ.

6. *Et*

6. *Et Puerilis erat limbus distinctus ab illo.*
7. *Credimus esse locum quendam purgantibus aptum.*
8. *Est hic contiguus damnatis Ordine legis.*
9. *Quinque locis manes functorum habitare decebat.*
Sic Paradisus erit, limbusq́, Patrum, additur ignis,
Purgans, infernus, limbus puerilis abinde.
301.

QVÆSTIO LXX.

De *Qualitate animæ exeuntis de corpore.*

Art. Dant tria mēbra animæ quales de corpore migrant.

1. *Sensu affecta potentia, tumq́, aliæ similes, quæ*
Corpore dependent, sejunctis manibus haud sunt
Simpliciter, remanent statibus sed originis ipsis
2. *Sic pariter remanent actus harumq́, potentûm.*
3. *Flammam infernalem Divinæ Iustitiæ unum*
Ex instrumentis, apprêndunt, sic cruciantur.
304.

QUÆSTIO LXXI.

De qualitate animarum cum solo Originali.

Art. In binis sistunt animæ cum crimine Adami.

1. *Sola videre Deum infantes privatio tristat.*
2. *Debita quæ sibi non fuerat, dolor inde resultat*
Interior nullus, subeunt nullum exteriorem.
306.

QVÆ-

QUÆSTIO LXXII.

De qualitate animarum in Purgatorio.

Art. In ſex Articulis anima expurganda videnda.

1. *Hæc pœna excedit pœnam omnem temporis hujus.*
2. *Conditione volunt patientes hiſcè piari*
   Pœnis, namq; ſciunt, ſine ijs ſe exire nequire.
3. *Non animas Dæmon purgandas excrucians eſt.*
4. *Haccè quoad culpam flammâ veniale piatur.*
5. *Hæc demumq; piat pœnarum quemq; reatum.*
6. *Eximitur citiùs pœnis his nullus ab altro.*

312.

QUÆSTIO LXXIII.

De ſuffragijs mortuorum.

Art. Quatuor atq; decem poſcunt ſuffragia membra.

1. *Non animas meritum, ſed ſancta Oratio fulcit.*
2. *Quæ vivi faciunt, functos benefacta juvabunt,*
   Pœnam diminuendo, ſtatum mutare nequibunt.
3. *His peccatorum proſunt ſuffragia quæq;*
   Ex operato, non operantis facta labore.
4. *Hæc etiam proſunt facienti ad regna beata.*
5. *Sed data damnatis nunquam ſuffragia proſunt.*
6. *Quod vivi faciunt defunctis proderit ipſum.*
7. *Non proſunt pueris limbus quos claudit acerbus.*
8. *Nec Sanctis dudum cæleſti ſede locatis.*
9. *Orans, Sacrificans, Eleemoſynanſq; juvabit*

Pur-

Purgandas animas, de pœnis diminuendo.

10. *Quæq; datur pro vivis Indulgentia Sancta.*
Directè minimè, indirectè proderit illis,
Vel data si fuerit, functis suffragia portans.

11. *Exequiæ prosunt sed contingenter eisdem,*
Cum devotè orant moniti ex hac parte fideles.

12. *Pro uno defuncto suffragia facta juvabunt,*
Plures, sic commune petit, dilectio sic vult.
Sed si intentio spectetur jam Regula cessat.

13. *Hæc si facta satis spectes, suffragia pro uno*
Plùs prosunt illi, quàm si communia dentur,
Si spectetur amor fient æqualia semper.

14. *Commune ac speciale simul, communibus ipsis*
Plùs valet, ut citiùs solvas hoc carcere clausos,
Vt solvas in finem cuncta æqualia stabunt.

326.

QVÆSTIO LXXIV.

De Oratione ad Sanctos.

Art. Articulos tres, ad Sanctos Oratio poscit.

1. *Cognoscunt Sancti, dum nos oramus ad illos.*
2. *Assistunt propiùs Domino, hinc Oratio præstat,*
3. *Exorantq; Deum semper, nos ni impediamus.*

329.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXV.

De signis Iudicij Generalis.

Art. Judicium per tres præcedunt signa tremenda.

1. *Multa diem magnum præcedent judiciorum.*
2. *Anteq; Iudicium, sol, luna obscura manebunt,*
   Sed non credibile est, Christus cum venerit ipse.
3. *Virtutes, seu sunt cæli, seu Ordo Beatus,*
   A splendore Dei turbandæ, dictio vera.

332.

QVÆSTIO LXXVI.

De Conflagratione mundi.

Art. Flagrantem mundum spectes per membra novena.

1. *Conveniens mundum purgari Iudicium antè.*
2. *Per flammam mundi purgatio conveniens est.*
3. *Hæc elementaris dicenda est ignis ut iste.*
4. *Sed non purgabit cælos, tantùmq; quiescent.*
5. *Ast elementorum sordes purgabit ad imum,*
   Sed non consumet, substantia tota manebit.
6. *Quidquid inest impuri, totum hæc flamma piabit.*
7. *Vt mundum purgans, præcedet judicis horam,*
   Perstringens reprobos post judiciumq; sequetur.
8. *Iudicium nulli præcedens parcet ubiq;,*
   Post reprobos uret, justis non illa nocebit.
9. *Involvet reprobos, trudens ad tartara, quidquid*
   Inveniet fœdum, assument cæli omnia pulchra.

341.

QVÆSTIO LXXVII.

De Resurrectione Mortuorum.

Art. In tribus Articulis functorum corpora surgunt.

1. *Corpora consurgent, animabus juncta manebunt.*
2. *Hæc generalis erit cunctæ surrectio carnis.*
3. *Naturam superat, dum spectas efficiendam,*
Terminat ut vitam naturalisq; vocanda.

344.

QVÆSTIO LXXVIII.

De causa Resurrectionis.

Art. In tribus Articulis surgendi causa tenetur.

1. *Surrexit Christus, Nostra hinc surrectio manat.*
2. *Imperium Christi signatur voce tubarum.*
3. *Angelicæ mentes, cineres ac ossa levabunt,*
Corporibusq; animas per se Deus uniet ipse.

347.

QVÆSTIO LXXIX.

De tempore Resurrectionis.

Art. Quatuor Articulis surgendi tempora constant.

1. *Ad finem mundi surrectio corporis omnis*
Sat benè differtur, cessent cum cuncta moveri.
2. *Hoc tempus non scire datur, Deus haudq; retexit.*
3. *Creditur hæc summo surrectio mane futura.*
4. *Fiet in instanti id, Domini quod dextera præstat,*

Ad mentem Angelicam ſpectat ſucceſſio quædam.

351.

QVÆSTIO LXXX.

De Termino à quo Reſurrectionis.

Art. In tribus Articulis hujus ſtat Terminus à quo.

1. *Terminus haud alius, quàm mors erit omnibus, à*
2. *Ex cinere exurget, quiſquis de morte reſurget. (quo.*
3. *Huic Ordo naturalis tum, ad corpora nullus.*

354.

QUÆSTIO LXXXI.

De Identitate Corporum Reſurgentium.

Art. In tribus Articulis Corpus conſurget id iddem.

1. *Corpore, quo fuerat mens, ſic conſurget eodem.*
2. *Qui defunctus homo fuerat conſurget is idem.*
3. *Pulvis & ad partem, quâ manſerat, ipſe redibit.*

357.

QUÆSTIO LXXXII.

De Integritate Corporum Reſurgentium.

Art. Integritas carnis ſurgentis quinque repoſcit.

1. *Corporis humani tunc omnia membra reſurgent.*
2. *Surgent ipſa ſuperflua, ut ungves, atq; capilli.*
3. *Omnes humores ſurgent, perfecta decet ſic.*
4. *Quidquid naturæ verum fuit, omne reſurget,*
5. *Quidquid materiæ fuerat, totaliter ipſum*

Non

Non surget quantum, species sed tota manebit.

362.

QVÆSTIO LXXXIII.

De Qualitate Resurrectionis.

Art. Quatuor Articulos Qualis surrectio? poscit.

1. *Convenit ut surgant homines juvenilibus annis.*
2. *Moles conveniens annis tribuetur ijsdem.*
3. *Lubrica pelle procul, sexus consurget uterq;.*
4. *Tempore non surget sed vita animalis in illo.*

366.

QUÆSTIO LXXXIV.

De Impassibilitate Corporum Beatorum.

Art. Quatuor Articulos deposcit Passio nulla.

1. *Corpore surget homo nullum patiente dolorem.*
2. *Sed nec passibili juxta magis, atq; minora.*
3. *Sensus erit Sanctis surgentibus altior, ac nunc.*
4. *Excepto gustu, sensus tunc quilibet actu*
Exercebit opus: pro gustu plura feruntur.

370.

QVÆSTIO LXXXV.

De subtilitate Corporum Beatorum.

Art. In sex Articulis subtilia corpora sistunt.

1. *Subtile est proprium carnis jam glorificatæ.*
2. *Illius ratione locus non corpora bina*

Vnus suscipiet, cum nondum glorificato
Glorificatum, sed Virtus Divina potest hoc.
3. *Cum sic esse valent, sunto miracula magna.*
4. *Corpora glorificata duo locus ambiet unus.*
Hoc subtile potest, Ordo contraria poscit.
5. *Non aufert subtile à corpore tale necesse,*
Vt non existant æquali nempè locorum.
6. *Attamen hoc corpus Christus palpabile monstrat.*
376.

QUÆSTIO LXXXVI.

De Agilitate Corporum Beatorum.

Art. In tribus Articulis agilis dos clausa manebit.

1. *Hæc dos Corporibus conducit glorificatis.*
2. *Vt Christus cælos ascendit glorificato*
Corpore, sic debent & corpora nostra moveri.
3. *Tempus erit motûs, minimè sed percipiendum.*
379.

QUÆSTIO LXXXVII.

De claritate Corporum Beatorum.

Art. In tribus Articulis Sanctorum Corpora clara.

1. *Hoc Scriptura docet, quòd corpora clara manebunt.*
2. *Hanc oculus lucem potis est non glorificatus*
(Est proportio) naturaliter ipse videre.
3. *Vt videatur, âut non Corpus glorificatum*
Hoc animæ suberit cûi stabit plena facultas.
382.

QVÆ-

QUÆSTIO LXXXVIII.

De Conditione Corporum Damnatorum.

Art. Stant tribus Articulis Reproborum Conditiones.

1. *Corpora damnatûm defectibus ipsa carebunt,*
Demptis principijs naturæ, quæq; sequentur.
2. *Nunquam corrumpi poterunt, nam noxia sistent.*
3. *Nec consumentur flammis, quæ corpus adurent.*
385.

QVÆSTIO LXXXIX.

De Cognitione Resurgentium respectu meritorum, & demeritorum.

Art. Cognitio meriti vel contra sub tribus esto.

1. *Peccatum cuivis conscientia propria dicet.*
2. *Omnibus ipsa sua, ac aliorum facta patebunt.*
Sint bona, sintvé mala? hoc Decretũ Iustitiæ vult.
3. *Non tamen instanti, sed parvo tempore quodam.*
388.

QVÆSTIO XC.

De Iudicio Generali.

Art. Dantur Judicio Generali membra quaterna.

1. *Iudicium Generale, velut productio, dandum.*
2. *Hoc non vocali verbo, sed mente futurum,*
Qui sentit, poterit sensum magis ille probare.
3 *Hoc velut & finem mundi Deus ipse reservat,*

Vt solus noscat, nec cuiquam certa revelans.
4. *Christus ut ascendit cælos, descendet in ima,*
Montis Oliveti summo super astra tetendit.
Iudicio vallis Iosaphat dicitur apta.

392.

QVÆSTIO XCI.

De Iudicantibus & Iudicandis.

Art. Stant octo Articulis sessores Judicij hujus.

1. *Qui fuerint summè perfecti, Iudiciorum*
Sessores aderunt, hos per decreta patebunt.
2. *Pauperibus dabitur non omnibus ista potestas,*
Sed qui pro Christo posuerunt, quidquid habebant.
3. *Mentibus Angelicis decretum haud competit istud,*
Cum non sint homines, Christus Iudexq; sedebit,
Quatenùs ipse Deus, tum quatenùs est homo verus.
4. *Dæmonibus reprobi torquendi subijcientur,*
Angelicæ ut mentes justis nunc lumina præstant.
5. *Pro cunctis Christus Passus, cuncti quoq; stabunt*
Ejus Iudicio, naturam sic decet esse
In Christo humanam exaltatam, sicq; videndam.
6. *Illic assistent Sancti qui præmia tollent,*
Demerito nullo obstrictis, sententia nulla.
Qui mala fecerunt, culpasq; fuêre dolentes,
Coram Iudicio stabunt, sed salvificandi.
7. *Christicolis reprobis facti discussio fiet,*

Hostes

Hostes at fidei grandis retributio spectat.
8. *Angelicæ mentes jam præmia digna tulerunt,*
Humano pro servitio retributa videbunt,
Ad bona si quem hominem duxerunt, sivè maligna.
400.

QVÆSTIO XCII.

De Forma Christi Iudicis.

Art. In tribus Articulis Judex venturus habetur.

1. *Christus in humana natura convenienter*
Stabit Iudicium faciens, qui cuncta redemit.
2. *In facie illius cernetur gloria summa.*
3. *Gaudia summa dabit tunc, quando videbitur ipse.*
403.

QUÆSTIO XCIII.

De *Qualitate Mundi post Iudicium.*

Art. Membris qualis erit mundus post, percipe quinque.

1. *Glorificandus homo manet, hinc renovabitur orbis.*
2. *Motus cessabunt cæli, cum gloria surget*
3. *Majori cælum fulgebit lumine protunc.*
4. *Ipsa Elementa magis clarescent, non tamen æquè.*
5. *Sed terris plantæ, ac animalia nulla manebunt.*
408.

QVÆ-

QUÆSTIO XCIV.

De Visione Essentiæ Divinæ à Beatis.

Art. In sex Articulis Sancti Dei ESSE videbunt.

1. *Mens humana potest summi Dei ESSE videre.*
2. *Corporeum lumen tantùm pertingere non stat.*
3. *Omnia non lustrabit quæ Deus ipse videns est*
4. *Iudicio facto Sanctorum gloria major.*
5. *Glorificatio Sanctorum benè Mansio dicta.*
6. *Hæc diversa manet, qualis dilectio mansit.*

414.

QUÆSTIO XCV.

De habitudine Sanctorum ad damnatos.

Art. Quid facient Sancti damnatis? sub tribus esto.

1. *In cælis Sancti reproborum damna videbunt.*
2. *Nec tamen ad pœnas illorum compatientur.*
3. *Nec per se pœnis ullus gaudebit eorum,*
Sed de Iustitia Domini, propriaq́ salute.

417.

QUÆSTIO XCVI.

De Dotibus Sanctorum.

Art. Dotes Articulis Sanctorum claudito quinis.

1. *Sunt quibus in cælis donantur dona Beati,*
Quæ vulgò Dotes appellat Theologia.

2. Acti-

2. *Actibus hæc distant, quos dicimus esse beatos.*
3. *Conveniunt minimè Christo, Excellentia servit.*
4. *Mentibus Angelicis Dotes non attribuendæ.*
5. *Visio quæ Fidei, Comprênsio spêi, at Amori Frúìtio succedet, respondent dotibus ipsæ.*

422.

QVÆSTIO XCVII.
De Aureolis.

Art. Aureolas tredecim membris constare necesse.

1. *Aureolam distingve à gaudendo Aurea dicto.*
2. *Hæc etiam semper differt à fructibus ipsis.*
3. *Fructus respondent virtuti casta jubenti.*
4. *Conjugibus ter denus, sexagesimus autem Pro Viduis, fructum centenum percipe Virgo.*
5. *Aureolam pro proposito súò Virgo meretur.*
6. *Martyribusq; illam causa, & victoria nectit.*
7. *Hanc etiam doctor mercedem quisq; meretur.*
8. *Sed Christo minimè debetur, præminet illi.*
9. *Aureola Angelicæ Menti non competit unquam.*
10. *Aureolæ fructus in Corpora Sancta redundant.*
11. *Martyrium, Doctor, Virgo dant Aureolas tres.*
12. *Hæc quæ Martyribus datur, ipsa potissima cunctis.*
13. *Tales Aureolæ admittunt magis, atq; minorant.*

435.

QUÆSTIO XCVIII.

De Pœnis Damnatorum.

Art. Articulis ſeptem reproborum pœna tenetur.

1. *Multiplices pœnas crimen vult multiplicatum.*
2. *Non eſt corporeus vermis, ſed ſpiritualis.*
3. *Non flebunt lachrymis, turbati mente manebunt.*
4. *Corporeæ tenebræ conſtringent undiq; preſſos.*
5. *Ignis corporeus damnatûm corpus aduret*
6. *Ejusdem ſpeciêi ac noſter, ſed ſuperabit.*
7. *Creditur ille ignis ſub terra convenienter.*

442.

QVÆSTIO XCIX.

De Intellectu & Voluntate Damnatorum.

Art. Membra novena petit mens damnata atq; voluntas.

1. *Conſtat, damnatis inerit bona nulla voluntas.*
2. *Et mala quæ fecêre, haud per ſe facta dolebunt.*
3. *Vt pœnam fugiant, cuperent non eſſe ſub orbe.*
4. *Omnes damnari pariter cuperentq; beatos.*
5. *Oderuntq; Deum pœnis ſe juſtitiantem.*
6. *Demeritum nullum facient, ſed pœna manebit.*
7. *Et quæ fecerunt cognoſcent, inde dolebunt.*
8. *Nonq; Deum niſi ſe cruciantem mente revolvent.*
9. *Sanctos glorificatos Iudicium ante videbunt,*
Sed poſt Iudicium, jam viſio nulla manebit.

451.

QUÆSTIO C.

De Misericordia & Iustitia Dei *erga Damnatos.*

Art. Membris quinque petas, Deus an miserebitur illis.

1. *Conveniens pœna, æterna est damnatio, noxis.*
2. *Vt Scriptura docet, pœnis non terminus his est.*
3. *Perpetua inferni, propter mala, pœna manebit.*
4. *Soli Christicolæ justi finaliter ipsi,*
Talibus immunes pœnis, salviq; manebunt.
5. *Non miserentia, nonq; fides, mortale tenentes*
Peccatum eripiet pœnis, quos tartara claudunt.


456.

Sic suppleta manet centum quæsita revolvens
Ac quadringentos, decies quinosq; cothurnos,
Si sex addideris, totum numerabis ad ungvem.
Scire volens numerum totum, perpende sequentes.
Sunt septem quæsita, tenent quæ singula membra.
Septúaginta quater, clauduntur quæq; duobus.
Stringere sexaginta potes cum quinque, triente.
Bis centum, & bis sex, numerantur sorte quaternâ.
At triginta novem, quinis contenta manebunt.
In sex, sunt octo decades, cum sorte duali.
Septem, per septem, concinno tramite currunt.
Sexaginta octo, membris clauduntur in octo.
Sunt quæsita decem, quæ Nonis stringere possis.
Sed

Sed quæsita novem atq; decem, decimare necesse.
Vndecimis constat, duntaxat Quæstio bina.
Octodecim membro duodeno absolvis ad unguem.
Quinq; petunt, tredecim constringi nexibus in se.
Quatuor atq; decem, membris concluditur una.
Sexdecimosq; petit tantundem bina cothurnos.
At septem atq; decem membris, religabitur una.
Sic bene percurrens sex centum, ac percipe bis sex,
Ter mille, ac centum viginti quatuor artus.
Sic partita manet Thomistica summa sciendi
Illam mente tenens comprêndes omne sciendum.

FINIS SUPPLEMENTI
TERTIÆ PARTIS
SUMMÆ ANGELICÆ.







Sed quæsita novem atq; decem, decimare nece
Vndecimis constat, duntaxat Quæstio bina.
Octodecim membro duodeno absolvis ad ungv
Quinq; petunt, tredecim constringi nexibus in
Quatuor atq; decem, membris concluditur u
Sexdecimosq; petit tantundem bina cothurnos
At septem atq; decem membris, religabitur u
Sic bene percurrens sex centum, ac percipe bi
Ter mille, ac centum viginti quatuor artus.
Sic partita manet Thomistica summa sciendi
Illam mente tenens comprêndes omne sciendu

FINIS SUPPLEMENTI

TERTIÆ PARTIS

SUMMÆ ANGELICÆ.





Wielebny Xięże Przeorze
Dobrodzieju!

Przepraszam najpokorniej że wytrzymuję com winien przed kilka dniami uskutecznić – lecz po [illegible] Drogość jest Kańców zebrać należytości choć się decursive należy. Jeżeli na 2. Maja nie wybiorę od nich, to 3. przyjdę do Tremu i wyszczę się chodźby swojemi pieniądzmi. Zostaję z winnym szacunkiem –

Vratków 24. Kwi. 847.

Tom: Pobudkiewicz

Wielebny Xiężze Przeorze !

